
SIGILL : COLL : HARVARD : CANTAB : NOV : ANGL : 1630
CHRISTO ET ECCLESIÆ
N. Hurd Sc
BOSTON.

DE VERSIBUS DOCHMIACIS TRAGICORUM GRAECORUM

SCRIPSIT

AUGUSTUS SEIDLER

PARS PRIOR

LIPSIAE

SUMTIBUS GERHARDI FLEISCHERI IUN.

MDCCCXI.

DUUMVIRIS

PIE VENERANDIS

IUSTO GODOFREDO APELIO

MEDIC. ET CHIR. DOCTORI

ET

IOA. CHRISTOPH. SEIDLERO

VERBI DIVINI APUD OSTERFELDENSES MINISTRO

ALTERI NATURAE ALTERI AFFINITATIS
VINCULO PATRI

S.

AUGUSTUS SEIDLER

PROOEMIUM

Quum Euripidis metra diligentius examinare atque inter ipsa comparare instituissem, licet multa usquequaque observarem, quae novitate sua animum adverterent, largamque dubitandi disputandique materiam praeberent, prae ceteris tamen moram molestiamque attulerunt versus dochmiaci, quo genere nullum in huius poetae fabulis iacere neglectius foedioribusque dedecoratum maculis videretur. Quo frequentius autem

non solum Euripidem, verum ceteros etiam Tragicos dochmiacis versibus uti animadverteram, eo magis operae pretium facturum me esse iudicabam, si huius metri rationem, quoad possem, sedulo indagassem accurateque pertractassem. Mature enim intellexeram, parum certam in hac causa Grammaticorum sive veterum sive recentiorum esse fidem, sed plerosque, quicquid de hoc metro disputassent, temere magis statuisse, quam re explorata praecepisse. Ac veteres quidem Tragicorum interpretes metrici, ubi ad dochmiacos versus ventum est, in diversissima plerumque discedere solent, ut haud raro optionem tibi faciant, utrum hos versus Choriambica, an Paeonica, an Ionica et quavis pene alia lege placeat metiri. Recentiorum vero eadem fere ratio est, quippe qui, quum ante Her-

mannum, quid ad hoc metrum pertineret, quid non, nemo magnopere curasset, iuvante caligine commentis suis coniecturisque impune indulgebant. Ita fere fit: noctem comitantur somnia. Atque, ut de Euripide tantum loquar, editorum huius poetae vix fuit quisquam, qui vel mediocriter hoc metrum intelligeret, adeo ut plerique eorum non modo corruptis locis nihil attulerint auxilii, sed sana etiam ultro corruperint, quum ad suum quisque arbitrium vanasque regulas quasdam, ubicunque visum esset, raderent, allinerent, polirent. Neque eo numero eximendi sunt duumviri, egregie de Graeca Tragoedia meriti, Brunckium dico et Porsonum, qui, licet haud inutilem alias rebus metricis operam navarint, dochmiacis tamen carminibus, ne quid gravius dicam, neuter felicem manum ad-

movit. Quam criminationem non temere iactari, ipsa haec disputatio pluribus locis luculente docebit.

Omnis igitur versuum dochmiacorum ratio usque ad hanc aetatem fluxa erat et incerta: quae ne nunc quidem, opinor, certior foret, nisi unus ille vir fuisset, qui ab instaurata arte metrica clarum ad posteritatem habebit nomen. Ille enim, quum universam de metris quaestionem, per tot secula mirum quantum neglectam, forti conatu denuo excitaret, suique ingenii luce collustraret, hoc quoque genus, quum velut confusam et commixtam cum aliis materiam accepisset, ab reliquis numeris accuratius segregavit, eique certam aliquam restituit formam. In tanta tamen veterum metrorum et multitudine et diversitate super fallacem corruptelarum

turbam, immensa ille indigestarum rerum mole obsessus ac pene obrutus, non poterat singula quaeque simul undequaque pensare omnique ex parte absolvere. Quid igitur mirum, si dochmiacorum longe difficillima et plane deserta doctrina non continuo sic perfici potuit, quin peculiari adhuc examine egeret. Nam, ne quis fallatur, Hermannus ipse, cui benignior quaedam sors me iunxit, plurima, quae in me contulit, beneficia alligarunt, cuique hic quoque libellus, licet assensum eius omni ex parte non tulerit, plurimum debet, ipse, inquam, Hermannus, quod ex Praefatione ad Eur. Herculem Furentem itemque ex Dissertatione de usu antistrophicorum discas, quum de aliis passim metricae doctrinae partibus, tum de versibus dochmiacis aliam, atque olim proposuit, sententiam amplexus est.

ant. 723.

δώματα νεόμενος *).

§. 10.

Quintae formae ⏑ – – ⏑ – exempla accuratius colligenda censui, quam inveni his locis. Aeschyl. Prometh. 692.

ψύ - χειν ψυχὰν ἐμάν.

Eum. 768.

ἐν γᾷ τᾷδε φεῦ.

Soph. Oed. Col. 836.

εἴργȣ σȣ̃ μὲν ȣ̓.

ant. 879.

δοκῶ τάνδ' ἄρ' ȣ̓κι

Antig. 1275 seq. bis:

οἴμοι λαξπάτη - τον ἀντρέπων χαράν.
φεῦ φεῦ, ὦ πόνοι - βροτῶν δύςπονοι.

ant. 1298.

τάλας, τὸν δ' ἔναν - τα προςβλέπω νεκρόν.
φεῦ φεῦ, μᾶτερ ἀ - θλια, φεῦ, τέκνον.

Ibid. 1311.

δειλαία δὲ συγ - κέκραμαι δύᾳ.

---

*) Proximos versus sic legendos puto:

ὀψόμενοι τυράννων
φάσματα δείματα· καὶ
χοροὶ Ἀτρειδᾶν ἐγέραιρον οἴκȣς.
ant. εἰς ἀγόρȣς, αὖτει
τὰν κερόεσσαν ἔχειν
χρυσεόμαλλον κατὰ δῶμα ποίμναν.

Vulgo metro invito χοροὶ δ' pro καὶ χοροὶ, et in antistropha δώματα. Sunt etiam alia in hoc carmine emendanda, ut v. 713. pro θυμέλαι ἐπίτναντο reponendum videtur θυμέλαι ἐπίπλαντο, *templa hominibus replebuntur*; versu autem 719. Musgravium trium codicum suorum lectio ὡς ἐπίλογοι facile ducere poterat ad verum ὡς ἐςὶ λόγος. Excidit sigma ob sequens Θυέςȣ, ἐπὶ autem et ἐςὶ passim confusa. V. Ind. ad Gregor. Cor. p. 981. b.

ant. 1333.

ὅπως μηκέτ' ἆμαρ ἄλλ' εἰςίδω.

Ibid. 1317.

ὤμοί μοι τάδ' ἐκ- ἐπ' ἄλλον βροτῶν.

ant. 1339.

ἄγοιτ' ἂν μάται-ον ἀνδρ' ἐκποδών.

Ibid. 1543.

καὶ θῶ, πάντα γάρ.

ant. 1321.

ἰὼ πρόςπολοι.

καὶ recte restituit Erfurdtius, quum mutatum esset a Brunckio. — Huc quoque pertinere videtur Aiac. 948.

ἔργον ἄναυδον Ἀ-τρειδᾶν τῷδ' ἄχει.

ant. 901.

ἄναξ τόνδε συν-ναύταν, ὦ τάλας.

ἔργον diversam in diversis Codicibus sedem habet. Trachinn. 843.

ἀσσόντων γάμων.

ant. 854.

οὔπω ἀγακλειτόν. *)

---

*) Magnopere hic Trachiniarum locus a v. 841. Criticos ad hanc aetatem vexavit. Partem saltem offensionis, quam habuit, iam licebit removere. Lego eum sic:

stropha: *ὧν.ἅδ' ἁ τλάμων ἄοκνον μεγάλαν προςορῶσα δό-*
μοισι βλάβαν, νέων τ' ἀσσόντων γάμων,
τὰν μὲν — ὅ τι προςέβαλε, τὰ δ' ἀπ' ἀλλοθρόω γνώμας
μολόντ' ὀλεθρίαισι συναλλαγαῖς.

Deianira, de mariti calamitate certior facta, tacite discesserat. Chorus, postquam Herculis fatum exposuit, iam ad Deianirae mentionem redit. *Quam tantam*, inquit, *infelix mulier cernens calamitatem domibus illico appropinquantem, simulque illam novae advenientis sponsae, ad hanc quidem iam animum non advertit, sed ad illa, quae a fraudulento consilio profecta in perniciem verterunt.* Mutavi *ἀϊσσόντων* in *ἀσσόντων*, quae forma Tragicis fa-

Philoct. 400.

τῷ Λαερτίῳ.

ant. 517.

δόμους τὰν ἐκ θεῶν. *)

Eur. Hec. 1072.

θοίναν ἀγρίων.

stroph. 1058.

τετράποδος βάσιν.

Ibid. 1074.

λύμας ἀντίποιν'.

Strophici versus incerta emendatio est. Orest. 322.

ταναὸν αἰθέρ' ἀμ - πάλλεσθ' αἵματος.

ant. 340.

ματέρος αἷμα σᾶς - ὅ σ' ἀναβακχεύει.

---

miliarior est, vid. Pierson. ad Moer. p. 301. Poterat tamen Porsonus ad Eur. Hec. 31. ad firmandam apud Tragicos alteram formam ἀΐσσειν addere Eur. Troad. 157. Praeterea post νέων inserui τ', quod aliter hunc genitivum non poteram explicare, et paulo post a Scholiasta pariter ac metro antistrophico monitus pro τὰ μὲν dedi τὰν μέν. Scholiastae enim verba haec sunt: ὧν τὴν βλάβην ὁρῶσα ἡ Δηϊάνειρα τοῖς οἴκοις συμβᾶσαν, ΑΥΤΗΝ ΜΕΝ ἐξ ἀρχῆς αὐτὴ οὐ συνεῖδεν. Ceterum in eius explicatione parum lucis video. In antistropha ἰὼ duplicandum est nec praeterea mutandum quidquam.

ἔῤῥωγεν παγὰ δακρύων · κέχυται νόσος, ὢ πόποι,
οἷον ἀναρσίων ὕπω ἀγακλειτὸν
Ἡρα - κλέα ἀπέμολε πάθος οἰκτίσαι, ἰὼ ἰώ,
κελαινὰ λόγχα προμάχου δορός.

Quod metra attinet, primo dactylico versui adiunctus est dimeter dochmiacus. Tertio versu praemissus est dochmiis trochaeus, qui dochmii quarto versu in anapaestum cum iambo desinunt.

*) Versus sic distinguendi sunt:

ἰὼ μάκαιρα ταυροκτόνων
λεόντων ἔφεδρε, τῷ Λαερτίου
σέβας ὑπέρτατον.

ant. ἐπ' εὐσάλου ταχείας νεὼς
πορεύσαιμ' ἂν ἐς δόμους τὰν ἐκ θεῶν
νέμεσιν ἐκφυγών.

Fortasse tamen melius contracta forma scribitur Λαρτίου, (non Λαερτίου, vid. Schaef. ad Soph. Ai. 1.) ut media in ἔφεδρε producatur. Etiam in antistropha ἐκ ante θεῶν Hermannus delere mavult.

Ibid. 330.

οἴων, ὦ τάλας, - ὀρεχθεὶς ἐῤῥεις.

ant. 344.

λάβροις ἀλεθρίοι - σιν ἐν κύμασιν.

His quatuor locis, quos Musgravius, Brunckius et Porsonus, syllabis, non metro, caventes, certatim corrupere, veras lectiones Aldus habet. Ceterum v. 330. huc non pertinet, si dicas, primam in *οἴων* corripi. — Ibid. 1389.

ξεςῶν Περγάμων.

Ibid. 1466.

λευκὸν δ' ἐμβαλῦ - σα.

Ibid. 194.

Θηβαίας Μυκή - ναισιν.

stroph. 170.

βάλοιμι χρόνῳ. *)

---

*) Olim corrigendum putabam *βάλοιμ' ἐν χρόνῳ*, brevem vocalem ante mutam cum liquida sequentis vocabuli non recte apud Tragicos produci opinatus. Sed posterius dubitare coepi. Ita enim et alibi fit in melicis. Soph. Oed. Col. *τῦ χρυσαυγής*. Eur. Orest. 1468. *τὸ χρυσεοσάνδαλον*. Troad. 253. *ὁ χρυσοκόμας*. ibid. 257. *ἀπὸ χροός*. Aeschyl. Prometh. 611. *μῦ χρῆ*. Eur. Phoeniss. 1498. *ςολίδα κροκόεσσαν*. Iphig. Aul. 211. *παρὰ τε κροκάλαις*. Aeschyl. Prom. 582. *πυρὶ φλέξον*. Sept. ad Theb. 974. *χθονὶ πρό*. ibid. 307. *Ἀΐδι προϊάψαι*, cui tamen minus tribuerim, quod Homericum hoc est, ut in alia causa *Πριαμίδαισιν* Agam. 742. *ἀθάνατος*, *κυάνεος* et similia. — Pers. 664. *τε κλύης*. Sophocl. Oed. R. 169. *ἔνι φροντίδος*. Antig. 612. *τὸ πρίν*, Electr. 853. *ἃ θροεῖς*. Eurip. Hippol. 760. *ἔπτατο κλεινὰς*, nam displicet lectio Codicum nonnullorum *ἔπταт' ἐπὶ*. Placeret, si esset *ἔπταт' ἐς*. Alcest. 101. *ἐπὶ προθύροις*. Heracl. 753. *παρὰ θρόνον*. Hel. 173. *τε θρηνήμασι*. Aeschyl. Choeph. 602. *πυρδαῆ τινὰ πρόνοιαν* Hermannus emendat in *πυρδαῆτιν πρόνοιαν*, et in antistrophico legit *χρυσοδμήτοισιν*. Etiam Eur. Electr. 1159. *λαβοῦσα τλάμων* tentatum nollim, nam similiter Iphig. Taur. 177. legitur *σφαχθεῖσα τλάμων*, quamquam Hippol. 837. pro *ὁ τλάμων* reponendum videtur *ὢ τλάμων*. Neque dubium est, quin Eur. Electr. 440. pro *Ἀγαμέμνονι Τροίας* legendum sit *Τρωίας*. — Eadem licentia in anapaestis videtur obtinuisse, ut Aeschyl. Sept. ad Theb. 1035. *ὀλέσατε πρυμνόθεν*. Eur. Fragm. Pel. II. quod ita lego:

κλύετ' ὦ Μοῖραι Διός, αἵ τε παρὰ
θρόνον ἀγχιτάται θεῶν ἑζόμεναι.

Ibid. 1354.

οἴμοι ξυμφορᾶς.

stroph. 1350.

μεγάλα μοι θροεῖς.

Hippol. 870.

φεῦ φεῦ τῶν ἐμῶν,

Iphig. Aul. 1526,

Ἑλλάνων ςρατόν.

stroph. 1495.

μέμο-νε δάϊα δὶ ἐμὸν ὄνο - μα.

Iph. Taur. 861.

φεῦ φεῦ χερνίβων.

ant. 863.

ἀπάτορ' ἀπάτορα πότ - μον.

Ibid. 868. bis in his:

ὦ μελέα δεινᾶς - τόλμας, δεὶν' ἔτλαν,
δεὶν' ἔτλαν - ὤμοι σύγγονε.

Hoc Fragmentum Brunckius nescio quo aut consilio aut errore ex Grotii Ecl. p. 133. inter Sophoclea retulit p. 670. repetens adeo vitium typothetarum, qui in textu Grotiano θεῶν omiserunt. Pari modo a Grotio Brunckius decipi se passus est in Fragm. Ai. Locr. I. p. 588.

εἰ δείν' ἔδρασας, δεινὰ καὶ παθεῖν σε δεῖ.
δίκης γὰρ ἐξέλαμψε νῦν ὅσιον φάος.

Si Grotii animadversiones consuluisset, vidisset, alterum versum a Grotio esse interpolatum, idque satis infeliciter, quum bene libri hunc optimum dimetrum dochmiacum praeberent:

δίκας δ' ἐξέλαμψεν ὅσιον φάος.

Vel dorica forma δίκας monere Grotium poterat, hunc non esse senarium iambicum. Equidem non unum, sed duo Fragmenta esse existimo, certe alterum solum versum habet Theophylact. ad Autol. Lib. II. p. 37. — Illuc revertor, Satis etiam frequens est illa productio in compositis vocabulis. Aeschyl. Sept. ad Theb. 130. θεόκλυτοις. Ibid. 188. ἐλέτροχοι, Choeph. 336. δορίτμητος. Soph. Ai. 956. πολύτλας, ut recte Lobeckius dedit, Porsonum secutus ad Eur. Orest. 1297. — Eur. Hippol. 1110. πολύπλάνητος. et saepius. — Quatenus haec libertas etiam ad senarios iambicos pertinuerit, alibi disputandi occasio erit.

ant. 871.

παρὰ δ' ὀλίγον ἀπέφυ - γες ὄλεθρον ἀνόσιον

ἐξ ἐμᾶν - δαϊχθεὶς χερῶν.

Troad. 242.

Καδμείας χθονός.

ant. 254.

ἄλεκτρον ζωάν.

Bacch. 980.

μάτηρ πρῶτά νιν.

ant. 1000.

γνώμαν σώφρονα.

Ibid. 1083.

εὐάζω ξένα.

ant. 1039.

ἔννεπέ μοι, φράσον.

Ion. 676.

ἄλλας τε ςεναγ - μάτων.

ant. 695.

τάδε τορῶς ἐς ἕς.

Ibid. 796.

γαί - ας Ἑλλανίας.

stroph. 789.

ἄτεκ - νον ἔλαβεν ἄρα βίο - τον.

Hercul. Fur. 777.

κραίνων θνητὸς ὤν.

stroph. 743.

ἔδοσαν ἐκβολάς.

Ibid. 917.

πῶς παισὶ ςενακ - τάν.

Ibid. 1042.

Καδμεῖοι γέρον - τες.

Ibid. 1071.

θάρσει, νὺξ ἔχει.

Ibid. 1086.

Καδμείων πόλιν.

Electr. 479.

ἀνδρῶν Τυνδαρίς. *)

Ibid. 590.

νίκαν, ὦ φίλα,

§. 11.

Iam proponamus exempla septimae formae – ˈ – ˈ ⏑ ⏑ ⏑ –. Occurrit ea Aeschyl. Sept. ad Theb. 149.

Ὄγκα πρὸ πόλεως,

ant. 142.

πάσ – χει τί γενήσεται.

---

*) Nam haec epodus aliter, ac vulgo fit, distinguenda est, pauca etiam corrigenda:

Ἐν δὲ δόρει φονίῳ τετραβάμονες ἵπποι ἔπαλλον.
κελαινὰ δ' ἀμφὶ νῶθ' ἵετο κόνις.
τοιῶνδ' ἄνακτα – δοριπόνων ἔκανες ἀνδρῶν, Τυνδαρίς,
σὰ λέχεα, κακόφρων κόρα· τοὶ γάρ σέ ποτ'
οὐρανίδαι πέμψουσι θανάτοισι, κἂν
ἔτ' ἔτι φόνιον ὑπὸ δέραν
ὄψομαι αἷμα χυθὲν σιδάρῳ.

Ex duobus primis versibus hexametrum dactylicum feci scribendo *δόρει*, quam formam ex Etym. M. et aliunde confirmabit Hermannus ad Aeschyl. Suppl. 846. Post *ἄνακτα* numeri dochmiaci sunt, quibus in fine iambus additus est. Pro *ἔκανεν* scripsi *ἔκανες*, quod in sequentibus allocutio est. Haec emendatio alteram sociam habuit: *σὰ λέχεα*, i. e. *maritum tuum*, pro voce nihili *ἀλέχεα*. Librarius alterum sigma omiserat. Ut hic pluralis *λέχεα*, ita in Androm. 929. *λέκτρα* de persona usurpatur:

ἢ δουλεύσομεν
νόθοισι λέκτροις, ὧν ἐδέσποζον πρὸ τοῦ.

Sub finem duplex *ἔτι* ex antiquis editionibus restituendum fuit, et paulo post pro *ὄψομ'*, ut par erat in dactylicis numeris, plene dedi *ὄψομαι*. — Quum haec scripta iam essent, Schaeferus me meus monuit, fortasse scribendum esse, accentu mutato, *ἀλεχέα*, ab *ἀλεχής*. Ita Apollonium Lex. Hom. p. 2. habere *ἰσολεχής*. Minus etiam discrepat *αἰνολεχὴς* Orph. Argon. 881. 1180. ut *αἰνόλεκτρος* Aeschyl. Agam. 722. Ipsum tamen *ἀλεχὴς* auctoritate caret, et illa, quam ego proposui, emendatio non minus facilis est. Atque Aeschylus de eadem Clytaemnestra Agam. 1115. *τόδε γὰρ τελεῖς τὸν ὁμοδέμνιον πόσιν λουτροῖσι φαιδρύνασα.*

Fortasse huc quoque pertinet locus Aeschyl. Suppl. 432. nisi aut stropha aut antistropha vitii aliquid contraxit,

ἰπ‍πηδὸν ἀμπύκων. *)

---

*) Hic locus, si corruptus est, non minus difficilis est emendatu, quam ille Leonidae Tarentini in Iacobs. Anthol. I. p. 160. (Planud. p. 412. St. 547. IV.)

εὐκαμπὲς ἄγκιςρον, καὶ δούρατα δυλιχόεντα.

maxime quum, observante Iacobsio, etiam Oppian. Halieut. 128. ἀγκίςροιο εὐκαμπέος αἰχμῇ dixerit. Nam, si quis in antistrophico versu loci Aeschylei Homericam formam ὁμοιΐαν inducere velit, obstat hoc, quod apud ipsum Homerum forma illa usu ab altera differt. Utriusque loci antiqua lectio haberet, quo defenderetur, si vocalis ante μπ posset corripi. Quam corripiendi libertatem vindicare conati sunt Iacobsius l. c. et, quem ille laudat, Toupius in Addend. ad Theocrit. p. 402. sed uterque parum idoneis argumentis. Tertius idem fecit Musgravius ad Eur. Iphig. Aul. 124. sed hic quoque quae ex Euripide et Aristophane exempla affert, nullam vim habent. De uno vocabulo ἀμπλακεῖν prima brevi, cuius causa animadversionem illam Musgravius scripsit, cognatisque ἀμπλάκημα, ἀμπλάκητος cet. rem nunc quidem in integro relinquo. Nam etsi Hermannus Abreschii (Miscell. Observ. V. 1. p. 102.) et Ahlwardtii (Beitrag zu Schneiders Gr. Deutsch. Wörterbuche a p. 12.) disputationes valde ambiguis niti argumentis mihi persuaserit, tamen eiicienda littera μ vocabulis istis primam brevem reddere non prius ausim, quam ipsa eorum etymologia ad liquidum perducta sit. Cui etymologiae qui operam dare volent, meminerint, incertissimas esse Hesychii Glossas πλακίησιν et ἤπλακον, errore haudduhie ortas ex ἀμπλακίῃσιν et ἤμπλακον, (cf. ἀπήμπλακον,) quam idem utramque vocem suis locis habet; meminerint, non omni dubitatione liberam esse eiusdem Grammatici glossam ἀπλάκητον, ἀναμάρτητον, quamquam in Soph. Trachinn. 122. unde desumta glossa est, anceps antistrophici versus lectio Hesychianam formam admittat, neque in Oed. Reg. 480. propter metrum quidem lectio ἀπλάκητοι damnanda sit. Meminerint porro, neminem veterum Grammaticorum formas ἀπλακεῖν, ἀπλάκημα, ἀπλάκητος pro ἀμπλακεῖν, ἀμπλάκημα, ἀμπλάκητος disertis verbis agnoscere, contra plerosque ἀμπλάκημα derivare ab ἀνὰ et πλέκειν, quae derivatio, licet, ut Hermannus observet, parum probabilis sit, nec conveniat constructionibus, qualis est Eur. Iphig. Aul. 124. λέκτρων ἀμπλακών, testimonio tamen est, Grammaticos istos litteram μ non pro otiosa habuisse, quemadmodum est in πίμπλημι, πεισίμβροτος, σκίμπων, γναμπτὸς, τέμπανον, aliis. (Lexicon Augustanum (Zonaras), ex quo Hermannus l. l. citat ἀπλάκημα, corrigendum est ex Phavorino, qui in eadem glossa habet ἀμπλάκημα, et ita Tittmannus in Zonara edidit.) Meminerint denique, Hesy-

ant. 437.

ὁμοίαν Θέμιν.

Soph. Philoct. 1092.

εἴϑ' αἰϑέρος ἄνω.

Nolo hunc locum novis conjecturis onerare, quum iam tanta mole prematur. Illud video, verba ἔςαι et in antistropha ἴσχων, in antecedentium versuum finem esse retrahenda, et proximos versus binos eosdem numeros referre.

ant. 1113.

ἰδοίμαν δέ νιν.

Eur. Orest. 146.

λεπτᾶς δόνακος ὦ.

ant. 159.

ὕπνε γλυκυτάταν.

Med. 1251.

ἀκτὶς ἀελίε.

ant. 1262.

ἆρα μάταν γένος.

---

chium etiam offerre ἀμβλακεῖν, ἤμβλακεν, ἀμβλάκημα, quorum primo usus est Archilochus Fragm. XXX. in Iacobs. Anthol. I. p. 45. postremo, Div. Hieronymo teste, (Dan. VI. 3.) Theodotion, vid. interprr. ad Hesych. Parum tamen tribuant litterarum ordini in Suida v. ἀναμπλάκητοι, quum non minori iure adversarius idque pluribus locis ad eundem litterarum ordinem in Hesychio provocare possit; videant potius, si quidem formam ἀπλακεῖν defendant, quomodo illud α initiale explicent. Cf. Henr. Steph. Thes. III. p. 338. Sed redeo, unde digressus sum. Correptio ante μπ et μπλ fortasse eo vindicari possit, quod recentioris aevi Graeci, qui, quemadmodum ostendit Hermannus de Emend. Graec. Gram. a p. 54. veterem consonantium vim integram ad hunc diem conservarunt, consonas μπ tam leniter pronuntiant, ut Latinorum *b* et *v* per illas litteras in sua lingua reddant, veluti barba μπάρμπα, bombyx μπόμβυξ, verbena μπερμπένα, buccina μπέκκινα. Vid. Du Cange Glossar. med. et inf. Graec. c. 967. seqq. Ceterum absonum esse Salmasii εὐκαπὲς pro illo εὐκαμπὲς non minus, quam ἀπύκων pro ἀμπύκων, vix est, quod adiiciam.

si tamen ἀέλιος primam brevem habere potest, de qua correptione infra dicetur. — Eur. Bacch. 980.

λευρᾶς ἀπὸ πέτρας.

Antistrophicus tamen versus 1000. videtur corruptus.

Notet lector, et pauca esse huius formae exempla, et dimidiam fere eorum partem aliis etiam difficultatibus laborare. Necdum tamen eam damnandam existimo, quum similes formae, tertia ⏑ ⊥ ⊥́ ⏑ ⏑ – et undevigesima ⏑ ⊥ ⊥́ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ parum dubiae sint fidei. Fortasse etiam alia eius exempla adhuc delitescunt. Ceterum in Aeschyli loco Sept. ad Theb. 149. Hermannus aliquando coniecit,

Ὄγκα ὑπὲρ πόλεως.

quae vera emendatio videri potest. Favet tamen vulgatae lectioni explicatio Scholiastae. Praeterea hic magis etiam, quam alibi, insolentiorem formam tolerandam putem, in tanta, quam passim observare licet, nominum propriorum licentia. Ex Orestis loco, v. 146. erunt fortasse, qui hac verborum transpositione,

ἆ ἆ, σύ - ριγγος ὅπως λεπτᾶ
πνοὰ δόνακος, ὦ φίλα, φώνει μοι.

formam istam expellere velint. Sed mihi quidem vulgaris verborum ordo longe videtur potior.

§. 12.

Sed non prima tantum dochmii syllaba ancipitem habet mensuram, verum, quod mireris, illa quoque, quae finalem longam antecedit.

Quae res quum Criticos lateret, aliis alii non sine insigni poetarum detrimento erroribus sunt implicati. Illud difficile est dictu, utrum anceps illa syllaba cum antecedenti an cum sequenti arsi arctius sit coniungenda. Posterius Hermanno plauisse video in praef. ad Herc. fur. p. VI. Prius eo defendi posse videtur, quod in usitatissimo illo apud Tragicos versu,

⏓ ⏒́ ⏑́ ⏒ | ⏒ ⏑́ ⏑ – ⏓

qui pariter ab antispasto incipit, etiam ultima antispasti syllaba incertae mensurae est. Atqui hic quidem, quoniam thesis sequitur, syllaba ista necessario antecedenti arsi adhaeret. Esse autem anoipitem istam versus illius syllabam, quam longam plerumque poetae fecerunt, haec exempla demonstrabunt. Aeschyl. Pers. 286.

ἔκτισαν εὐνίδας ἠδ' ἀνάνδρους.

ant. 282.

ἔθεσαν αἶ αἶ στρατοῦ φθαρέντος.

Sept. ad Theb. 839.

ἀλλὰ γόων, ὦ φίλαι, κατ' οὖρον,

ant. 844.

πανδόκον εἰς ἀφανῆ τε χέρσον.

Quibus adde ibid. 113.

Ἀργεῖοι γὰρ πόλισμα Κάδμου.

ant. 128.

καὶ Κύπρις ἅτε γένους προμάτωρ.

Choeph. 351.

χεροῖν πεισιμβρότῳ τε βάκτρῳ.

ant. 369.

ποιμὰν ἀμφιλαφὴς ταραχθείς.

Nec dubito, quin huc etiam pertineat Soph. Antig. 851,

οὔτ' ἐν βροτοῖς οὔτ' ἐν νεκροῖσιν.

ant. 870.

κασίγνητε γάμων κυρήσας.

Scribe in stropha

οὔτε βροτοῖσιν ἔτ᾽ ἐν νεκροῖσιν.

βροτοῖσιν Aldus habet et Scholiastes. — Quemadmodum igitur in hoc versu factum videmus, ita fortasse in dochmio quoque, quae antispastum efficiunt syllabae coniungendae sunt. Verum utraque ratio habet quaedam difficilia explicatu; quare in praesentia, dum certiora dare poterimus, disputationem istam liceat reiicere.

§. 13.

En octo novas dochmii formas hinc promanantes:

9) ⏑ –́ –́ – –
10) ⏑ ⏑́ ⏑ –́ – –
11) ⏑ –́ ⏑́ ⏑ – –
12) ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑́ ⏑ – –

13) – –́ –́ – –
14) – ⏑́ ⏑ –́ – –
15) – –́ ⏑́ ⏑ – –
16) – ⏑́ ⏑ –́ – –

Quarum primam, quae numero nona est, offerunt Aeschylus Sept. adv. Theb. 760.

ἀναρπαξάνδραν.

ant. 755.

ἀνδρῶν ἀλφηστᾶν.

Pers. 656.

βαλὴν ἀρχαῖος.

ant. 664.

ὅπως καινά τε.

Agam. 420.

πάρεισιν δόξαι.

ant. 403.

κλόνους λογχίμους· *)

Soph. Ant. 850.

ἰὼ δύστανος.

ant. 869.

ἰὼ δυςπότμων.

Ibid. 1307.

τί μ' οὐκ ἀνταίαν.

ant. 1330.

ὁ κάλλις' ἐμῶν.

Ibid. 1341.

σέ τ' αὐτὰν ᾤμοι.

stroph. 1319.

ἐγὼ γάρ σ' ἐγώ.

Oed. Col. 1563.

μόρῳ τὰν παγκευ-θῆ.

ant. 1574.

ὃν ὦ γᾶς παῖ καί.

Trach. 856.

κελαινὰ λόγχα.

stroph. 845.

μολόντ' ὀλεθρίαις.

Vide supra p. 19. Philoct. 394.

σὲ κἀκεῖ μᾶτερ.

ant. 510.

εἰ δὲ πικροὺς, ἄναξ.

---

*) Hunc locum dispone sic:

κλόνους λογχίμους τε καὶ ναυβάτας
ὁπλισμοὺς ἄγου -
σά τ' ἀντίφερνον Ἰλίῳ φθοράν.
ant. πάρεισιν δόξαι φέρουσαι χάριν
ματαίαν μάταν
γὰρ εὖτ' ἂν ἐσθλά τις δοκῶν ὁρᾷν.

Ibid. 517.

δόμους τὰν ἐκ θεῶν.

stroph. 401.

τῷ Λαερτίου.

de quo loco p. 20. iam disputatum est.

§. 14.

In Euripide et haec nona forma et decima cum cognata quarta decima tam sunt usitatae, ut satis sit, earum exempla ex aliquot tantum fabulis excitare. Neque nisi versuum numeros transscriberem, si in editionibus, quae vulgo feruntur, versus recte essent distincti, ut, quo disputatio mea spectaret, statim in promtu esset. Nona igitur, de qua disputamus, forma apud Euripidem legitur Hec. 694.

ταλαίνας ματρός.

ant. 710.

Θρήκιος ἱππότας.

Orest. 146.

φίλα φώνει μοι.

ant. 159.

φερομένῳ χάριν.

Ibid. 148.

βοὰν ναὶ οὕτω.

ant. 161.

τάλας φεῦ μόχθων.

Ibid. 326.

λαθέσθαι λύσσας.

ant. 344.

τινάξας δαίμων.

Ibid. 328.

ὀρέχθεις ἔῤῥεις.

ant. 346.

ὀλεθρίοι – σιν ἐν κύμασιν.

Ibid. 346.

πόνων ὡς πόντε.

de cuius antistrophico deinde dicetur. Ibid. 1310.

Σκαμάνδρε δίνας.

Ibid. 1466.

ἐμβαλῶ – σα πῆχυν στέρνοις.

Phoeniss. 180.

Σελαναία χρυ – σεόκυκλον.

Ibid. 196.

Ἀμυμωνείοις.

ant. 172.

ἑῴοις ὅμοι – αι

Ibid. 305.

κλύεις ὦ τεκῶ – σα τόνδ᾽, ὦ μᾶτερ.

ant. 349.

ἀνυμέναια δ᾽ Ἰσ – μηνὸς ἐκηδεύθη.

Ibid. 325.

ὅμαιμε λώβα.

ant. 331.

ὁμο-πτέρε τᾶς ἀπο – ζυγείσας.

Ibid. 325.

ποθεινὸς Θήβαις.

Ibid. 1294.

μα – τέρος δειλαίας.

ant. 1308.

αὐ – τίχ᾽ αἱμάξετον.

Errat igitur Porsonus, quod δειλαίας h. l. secundam corripere dicit, cum longam syllabam metrum ferat. Hippol. 365.

ἰώ μοι φεῦ φεῦ.

ant. 672.

ἰὼ γᾶ καὶ φῶς.

quam utrobique lectionem metrum suadet. Plura exempla facile, qui quaerere volet, inveniet.

§. 15.

Huic formae simillima est tertia decima, quinque illa longis syllabis constans, quam, licet rarius, omnes tamen Tragici usurparunt. Ceterum huic tantum non semper aut eadem aut similis forma opponitur. Ex Aeschylo supra iam citavimus locum Sept. ad Theb. 755.

ἀνδρῶν ἀλφηςᾶν.

Huc quoque refero Prometh. 692.

πήματα
λύματα δείματ' ἀμ - φήκει κέντρῳ ψύ -
χειν ψυχὰν ἐμάν.

nam vix alio quam dochmiaco numero legi hic versus possunt. De dactylo dochmiis praemisso infra sermo erit. Soph. Philoct. 511.

ἔχθεις Ἀτρείδας.

stroph. 395.

πότνι' ἐπηυδώμαν.

Fortasse etiam totus locus Philoct. a v. 828. in dochmiacos redigendus est hoc modo:

εὐαὴς ἡμῖν - ἔλθοις, εὐαίων,
εὐαίων ἄναξ, ὄμμασι δ' ἀντέχοις
τάνδ' αἴγλαν,
ἃ τέταται τανῦν. ἴθ' ἴθι μοι παιών.

ant. 843.

ὧν δ' ἂν ἀμείβῃ μ' αὖ-θις βαιὰν ἐμοὶ
βαιάν, ὦ τέκνον, πέμπε λόγων φάμαν,
ὡς πάντων
ἐν νόσῳ εὐδρακὴς ὕπνος ἄϋπνος λεύσ-
σειν.

Qua ratione non opus est audacioribus correctionibus, quales adhibuerunt Brunckius et

Erfurdtius. Ἴθι in ἴθι ἴθ' ἴθι, μοι in ἐμοὶ et εὐδρακῆς in εὐδρακὲς mutata sunt. Postremum hoc ad eam normam, ut in Eurip. Hippol. 443. legimus Κύπρις γὰρ ȣ̓ φορητόν. Ex ultimis duobus dochmiis prior finalem habet solutam. Tres autem longas syllabas dochmiis eodem modo etiam alibi interponi, infra demonstrabitur. Eur. Hec. 183.

αἶ αἶ σᾶς ψυχᾶς.

ant. 186.

τί τόδ' ἀπαγγέλλεις.

Ita Hermannus. Vulgo syllaba deficiente τί τόδ' ἀγγέλλεις. Ceterum si prius αἶ corripias, formam habebis nonam. Ibid. 191.

Πηλείδα γέννᾳ.

ant. 194.

μάνυσον μᾶτερ.

Phoeniss. 194.

Θηβαίας Μυκή - ναισιν Λερναίᾳ.

ant. 170.

βάλοιμι χρόνῳ - φυγάδα μέλεον ὡς.

Hippol. 814.

αἶ αἶ τόλμας, ὦ.

Antistrophici 852. correctio dubia est. Androm. 860.

ἦ δȣ́λα δȣ́λοις.

Bacch. 1003.

χαίρω θηρεύȣ - σα.

stroph. 983.

μαστὴρ ȣ̓ριο - δρόμων. *)

---

*) Eandem hic formam reducendam puto scribendo:

τίς δ' ὅδε Καδμείων - μαστὴρ ȣ̓ρείων
δρόμῳ ἐς ὄρος ἐς ὄρος ἔμολεν, ὦ Βάκχαι;

Ibid. 1158.

Βάκχαι Καδμεῖαι.

Hel. 682.

λετρῶν καὶ κρηνῶν.

Fortasse etiam v. 688.

τλάμων τλάμων ὧδ'.

Hercul. Fur. 917.

ςενα - κτὰν ἄταν ἄταν.

Ibid. 1063.

ψαλμῷ τοξεύσας.

§. 16.

Aliquanto usitatior est decima forma ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑́ – –. Aeschyl. Prom. 573.

παραλίαν ψάμμον.

Sept. ad Theb. 87.

βοᾷ ὑπὲρ τειχέων.

stroph. 81.

αἰθερία κόνις.

Ibid. 141.

δοριτίνακτος δ' αἰ - θήρ.

ant. 147.

πολεμόκραντον ἁ - γνόν.

Omnes certe Codd. particulam *δ'* praebent. Cf. v. 684. Ibid. 550.

ἀνοσίων ἀνδρῶν.

ant. 614.

ἐπιμόλες πύργων.

Agam. 1120.

ἐν ἐνύδρῳ τεύχει.

Antiqua lectio est *ὀρτιοδρόμων*, pro *ὀρείων δρόμῳ*. Cf. v. 911. Noster Orest. 724. *δρόμῳ ςείχοντα.* Iph. Aul. *ἔρχεται δρόμῳ.* Troad. 307. *θοάζει δρόμῳ.* Electr. 473. *ἐντεῦθε δρόμῳ* coll.

stroph. 1109.

ἀκορέτῳ γένει.

Choeph. 926.

βαρύδικος ποινά.

ant. 937.

δολιόφρων ποινά.

Eumen. 152.

μεσολαβεῖ κέντρῳ.

ant. 158.

φονολιβῆ θρόνον.

Soph. Oed. Col. 1491.

ἰὼ ἰὼ παῖ βᾶ - θι βᾶθ' εἴτ' ἄκραν.

stroph. 1477.

ἔα, ἰδοὺ, μάλ' αὖ - θις ἀμφίςαται.

Ita enim potius legerim, quam cum Triclinio et Brunckio addiderim ἰοὺ ἰού. Aiac. 694.

ἰὼ ἰὼ Πᾶν Πᾶν.

ant. 707.

ἰὼ ἰὼ νῦν αὖ.

Trach. 221.

ἰὼ ἰὼ Παιάν.

Ibid. 1026.

ἒ ἒ ἰὼ δαῖμον.

ant. 1045.

τὸν μέλεον φθίσας.

Philoct. 395.

πότνι' ἐπηυδώμαν.

ant. 511.

ἔχθεις Ἀτρείδας.

§. 17.

Euripides huius formae tot continet exempla, ut verear, ne vel iis afferendis, quae in primis eius fabulis obvia sunt, nimia multis mea videatur curiositas. Excusabor fortasse eo,

quod haec tanta exemplorum vis tamen eruditorum oculos adhuc fugit. Hec. 692.

ἤ - μαρ ἐμ' ἐπισχήσει.

ant.

ὄν - τα Διὸς ἐν φάει.

Ibid. 696.

τίνι πότμῳ κεῖσαι.

ant. 711.

ἵν' ὁ γέρων πατήρ.

Ibid. 712.

ἔθετό κιν κρύψας.

stroph. 697.

πρὸς τίνος ἀνθρώπων.

Ibid. 1084.

ὀλέθριον κοίταν.

stroph. 1068.

φέγγος ἀπαλλάξας.

Orest. 143.

ἀπόπρο μοι κοίτας.

ant. 156.

βραχὺ δ' ἀναςένει.

Ibid. 158.

βλέφαρα κινήσεις.

stroph. 144.

σύ - ριγγος ὅπως πνοιά.

Male Porsonus haec mutavit. Ibid. 154.

τίνα τύχαν εἴπω;

stroph. 141.

τίθετε μὴ ψοφεῖ-τε.

In posterum de horum versuum responsione lites, spero, cessabunt. Ibid. 160.

μέλεος ἐχθίςων.

stroph. 147.

ἴδ' ἀτρεμαίαν ὡς.

Ibid. 171.

πάλιν ἀνὰ

πόδα σὸν εἱλίξεις – μεθεμένα κλύπω.

ant. 192.

μέλεον ἀ –

πόφονον αἷμα δὸς – πατροφόνου ματρός.

ubi iterum Porsonus, metro non intellecto, clausulas invertit. Ibid. 327.

μανιάδος φοιτα – λέω φεῦ μόχθων.

ant. 344.

κατέκλυσεν δεινῶν – πόνων ὡς πόντω. *)

*) Strophicum versum olim quocunque modo corrigendum putabam, quod productio secundae in φοιταλέος omni et analogiae et aliorum poetarum usui repugnat. Postmodum tamen scrupulum mihi iniecit Aeschyli locus Prom. 597. ubi haec leguntur:

θεόσυτόν τε νόσον ὠνόμασας, ἃ
μαραίνει με χρίουσα κέντροισι φοι-
ταλέοισιν. ἒ ἔ,

quibus opposita sunt v. 577.

τί ποτέ μ', ὦ Κρόνιε παῖ, τί ποτε ταῖσδ'
ἐνέζευξας εὑρὼν ἁμαρτοῦσαν ἐν
πημοναῖσιν. ἒ ἔ.

Hic eandem vocis φοιταλέος syllabam productam videmus, neque in lectione Codd. quidquam variant. Quem Aeschyli locum si quis facili et probabili ratione corrigat, Euripidis quoque locum emendandum putabo. Interim ab eo abstineo, ut a duobus illis Aristophaneis, in quibus οἰζυρὸς media brevi occurrit, quos mutare Brunckio ipsi religio fuit. Vid. eius not. ad Lysistr. 948. In Euripide semel tantum vocabulum φοιταλέος recurrit, Hippol. 144. sed ibi, quod doleas, pro ἢ ματρὸς ὀρείας φοιταλέα satis certa coniectura reponendum est:

ἢ ματρὸς ὀρείας φοιτᾷς.

Ita enim legisse Scholiastam apertum est. Ille enim: ἐμάνης ἐν σεαυτῇ μανιῶδές τι ἔχουσα, τὸ ἑξῆς, ἔνθεος φοιτᾷς; et paulo post: σὺ γὰρ — ἔνθεος καὶ ἐμμανὴς φοιτᾷς καὶ ἐνθουσιᾷς. Schaeferus, quocum haec communicabam, admonuit me, ita potuisse nasci corruptelam, ut Λ ex iota adscripto, ut saepius, Ε ex C et ΟΥ ex sequente CΥ oriretur. Antistrophicus versus, quem strophico parem reddere studuerunt, vulgo misere interpolatus fertur. Recte legitur in Cod. Flor. et Ed. Lasc.

κρυπτᾷ κοίτᾳ λεχέων σῶν.

Ibid. 356.

δάκρυσι συμβάλλει.

stroph. 320.

δάκρυσι καὶ γόοις.

Hic iterum bonum συμβάλλει a Porsono mutatum est. Ibid. 1247.

Πελάσ - γὸν ἕδος Ἀργείων.

ant. 1267.

πάν - τᾳ διὰ βοςρύχων.

quae posterior vera lectio Codicis est. Ibid. 1248.

τίνα θροεῖς αὐδάν;

ant. 1268.

ὅδε τίς ἐν τρίβῳ;

quo loco in iocularem Brunckius et Porsonus errorem inciderunt, quem infra retegemus. Ibid. v. 1285.

σφάγια φοινίσσειν.

ant. 1265.

ἔχομεν ὡς θροεῖς.

Haec, si constans fuisset Porsonus, non poterat immutata relinquere. Ibid. v. 1288. ter in his:

τάχα τις Ἀργείων
ἔνοπλος ὁρμήσας
ποδὶ βοηδρόμῳ
μέλαθρα προςμίξει.

Ibid. 1364.

ὁ - λόμενον Ἰδαῖον.

ant. 1547.

τάδε δι' αἱμάτων.

Ibid. 1541.

ἴδε προκηρύσσει.

ant. 1357.

τὸν Ἑλένας φόνον.

Ibid. 1452.

ἀπόπρο δεσποίνας.

Ibid. 1467.

κρᾶ – τα μέλεον πλαγάν.

Ibid. v. 1491.

νιν ἔτεκεν τλάμων.

Phoeniss. 111.

πεδίον ἀστράπτει.

ant. 140.

ὁμόγαμος κυρεῖ.

Ibid. 155.

πόλιν ἔβα πέρσων.

Ibid. 160.

πολυπόνῳ μοίρᾳ.

ant. 151.

πάνοπλος ἀμφέπει.

Ibid. 196.

ὕδασι δουλείαν.

stroph. 172.

ὅμοι – α φλεγέθων βολαῖς.

Ibid. 351.

ἀνὰ δὲ Θηβαίαν – πόλιν ἐσιγάθη.

stroph. 306.

ὑπώ-
ροφα μέλαθρα περᾶν, – θίγειν τ' ὠλέναις.

Ibid. 1296.

πότερον αἱμάξει.

ant. 1310.

ἐπὶ φρέν' ἠλθέτην.

Ita enim legendum est. Porsonus, qui Musgravium ob nimiam curiositatem carpit, ipse, qualem versum tractaret, ignorans, veram lectionem, quae inter aliquot pravas latebat, transgressus est. Idem ei accidit paulo post v. 1302. ubi recte vulgo versus distinguuntur:

πότερος ἄρα νέκυν ὀλό-
μενον ἰακχήσω.

ultimus enim dochmiacus est. In antistropha unice metro convenit plurimorum Codd. lectio ἕνεκ'; neque, ut opinatur Porsonus, Ἐριννύων hoc loco trisyllabon est. Respondent igitur illis haec;

ἄποτμος, ἄποτμος ὁ φόνος
ἕνεκ' Ἐριννύων.

Ceterum uno numerorum vinculo hos versus cohaerere vix est, quod moneam; neque repugno, si quis in unum versum scribere velit. Ibid. 1313.

δάκρυσι θρηνήσω.

stroph. 1299.

ὁμογενᾶ ψυχάν.

Hippol. 571.

τίνα θροεῖς αὐδάν;

ant. 584.

ἰαχὰν μὲν κλύω.

Hunc locum infra retractabimus. Ibid. 676.

πάρεδρος ἢ ξύνεργος ἀδίκων ἔργων.

stroph. 369.

τίς σε παναμέριος — ὅδε χρόνος μένει.

quae optima et constans omnium Codd. lectio indigne a Musgravio et Brunckio est vexata. Ibid. v. 827.

βαρύποτμον, τλᾶμον.

ant. 844.

μέλεος, οἷον εἶ — δον.

Sed exemplorum satis est. Transimus ad aliam formam.

§. 18.

Cum hac forma coniungimns quartam decimam

– ⏒ ⏑ – – –

non multum ab illa discrepantem. Offert eam Aeschylus Prometh. 580.

δείματι δειλαιαν.

ant. 600.

νήςισιν αικίαις.

Sept. ad Theb. 109.

δοχμαλοφᾶν ἀνδρῶν.

Ibid. 214.

κρημναμέ - ναν νεφέλαν ὀρθοῖ.

ant. 207.

ἁπτόμε - νον πυρὶ δαΐῳ.

Ibid. 690.

παρέ - ςακεν ἐπεὶ δαίμων.

ant. 683.

μὴ 'πoτρύ - νε· κακὸς ὁ κεκλή - σει.

Ibid. 684.

κύρη - σας μελαναιγὶς δ' οὐκ.

Particulam *δ'* in minori editione Schützius omisit. Dubito, an male. ant. 691.

ἀντροπαί - ᾳ χρονίᾳ μεταλ - λακτός.

Fortasse etiam Eum. 247. cum Wakefieldio scribendum est:

λεύσσετε πάντᾳ μή.

Cf. Eur. Orest. 1295. *σκοποῦσαι* sive *σκοποῦσα πάντᾳ.* et 1267.

ἐλίσσετε νῦν βλέφαρα κόραισι δίδοτε πάντᾳ διὰ βοςρύχων. *)

---

*) Possit tamen in Aeschyli loco antiqua lectio, quae creticos offert,

Ita enim cum Codice ordinanda esse verba, dictum iam est. Soph. Oed. Col. 1480,

ἵλαος ὦ δαῖμον.

Antistrophicus legendus est:

Ποσειδανίῳ.

Cf. Porson. ad Eur. Phoeniss. 195. De correptione mediae in *ἵλαος* deinde dicetur. Ibid. 1485.

Ζεῦ ἄνα σοὶ φωνῶ.

Antistrophicum huius Triclinius interpolavit, addito vocabulo *σπεῦσον*, quod, licet Brunckio probatum, rursus expungendum est. Scribe facili emendatione:

αἶσσ' ὧδ' ἄναξ. *)

λεύσσετον πάντα μή,

ita explicari, ut duabus Furiis vigilandi negotium traditum putetur. Similiter in Eur. Oreste 1251. chorus vigilandi causa in diversas discedit partes. Idem factum videtur Hippol. 577.

*) In hoc carmine alia quoque minus caute novavit Brunckius. Versui 1493.

ἐπὶ γύαλον ἐναλίῳ,

recte potest respondere strophicus,

διαπρύσιος ὄτοβος,

si in *διαπρύσιος* secundam producas et in antistropha dactylicam arsin solutam putes, ut metrum hoc sit;

⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ —

Nam periculosum mihi videtur, scribere cum Hermanno *Ποσιδωνίῳ.* Elegantiores, fateor, numeri futuri sunt, si reponatur *ὄττοβος*, ut versus sit, qualem etiam Aeschylus dochmiacis interposuit Agam. 1176.

μινυρὰ κακὰ θρεομένας,

ant. 1188.

γοερὰ θανατηφόρα.

(ita enim legendum est) quocum conferri potest alius uno iambo longior Sept. ad Theb. 550.

μεγάλα μεγαληγόρων κλύων.

Cf. 844. προβᾶθ' ὧδ' ἐμοί. Soph. Oed. Col. 1568.

σῶμά τ' ἀνικάτε.

stroph. 1556.

τὰν ἀφανῆ θεάν.

v. 1570.

φασὶ πολυξένοις.

---

ant. 613. δορίπονοι κἀκ' ἐκτρέποντες εἰς.

(pro εἰς legitur γᾶς, sed cf. Varr. Lectt.) et Eur. Iph. Taur. 848.

ὅτι μοι συνομαίμονα.

ant. 858. δολίαν ὅτ' ἀπαγόμαν.

Habent enim isti quoque versus anapaesticam anacrusin, quam arsis soluta sequitur. Sed non possum certam auctoritatem pro forma ὄττοβος Porsono ad Eur. Phoeniss. 1032. opponere, quamquam de exclamatione quidem ὀτοτοῖ praeceptum eius falsum esse persuasissimum mihi est.

Ceterum etiam alibi in melicis carminibus dactylica et choriambica arsis solvitur. Exempla aliquot dedi in Epist. ad Lobeck. Aiaci eius subiecta p. 437. Adde hos Glyconeos. Soph. Oed. Col. 186.

τέτροφεν ἄφιλον ἀποστυγεῖν.

ant. 205. τίς ὁ πολύπονος ἄγῃ, τίν' ἄν,

Eur. Phoeniss. 1552.

αἲ αἲ – τί τάδε κατακλίνεις.

ant. 1554.

τέκνα – δι' ὀδύνας ἂν ἔβας,

Eur. Suppl. 999.

χαλκοτευχῆς τε Καπανέως.

Eiusd. Electr. 126.

ἄναγε πολύδακρυν ἀδονάν.

quas librorum lectiones infra vindicabimus. Neque Eur. Iph. Taur. 1101. necesse est, ut ἱερὸν in duas syllabas contrahatur. Sunt enim hi quoque Glyconei male vulgo dispositi. — Illuc etiam refero Eur. Electr. 204.

μέλεος ἀλαίνων,

stroph. 181. δάκρυσι χεύω.

Aeschyl. Sept. ad Theb. 728.

παραβασίαν ὠκύποινον.

stroph. 720. αὐτοδάικτοι θάνωσι,

Phoeniss. 1514. mediis in Choriambis

ἕτερος ἔτλα.

ant. 1517. ἀκροκόμοις.

Item Aeschyl. Suppl. 870.

πολυ – ψάμαθον ἀλαθεὶς.

ant. 1558.
ἐννυχίων ἄναξ.

Quem locum distinguo sic:

αἶ αἶ αἶ αἶ,
καὶ γὰρ δυσπαλάμοις ὄλοιο,
δι' ἀλίῤῥυτον ἄλσος κατὰ Σαρ-
πηδόνιον χῶμα πολυψάμαθον ἀλαθεὶς
εὐρείαις ἐν αὔραις.

(Pro εὐρείαις in mentem mihi venit εὐρώεις, *putris sub coelo*, i. e. ἄθαπτος. Sophocles Ai. 1167. dixit εὐρώεντα τάφον.) Ita non opus est, ut reponatur πολύψαμμον. Antistropha a v. 876. valde est corrupta. Vide, an etiam sic defendi possit Aeschyl. Choeph. 415.

πάθομεν ἄχθεα
πρός γε τεκομένων.
ant. 406. ἴδετε πολυκρατεῖς
Ἀραὶ φθιμένων.

In eodem carmine paulo ante versus 878. seqq. male adhuc dispositi leguntur. Aequandos numeros puto sic:

κενεή – εντ' ὀλολυγμὸν ἀνδρὸς
θεινομένου γυναικός τ'
ὀλλυμένας. τί γὰρ κεύ-
θω φρενί; θῦον ἔμπας.
ant. 398.
κέαρ – τόνδε κλύουσαν αἶνον.
καὶ τότε μὲν δύσελπις,
σπλάγχνα δέ μοι κελαινῦ-
ται πρὸς ἔπος κλυούσῃ.

Porro hac arseos dactylicae solutione facilior redditur antistrophae restitutio in loco Eur. Alcest. 268. quae vulgo fertur Epodus:

stroph. μέθετε, μέθετέ με δή,
κλίνατέ μ', ὐ σθένω
ποσί, πλησίον ᾅδας, σκοτία δ'
ὄσσοισι νὺξ ἐφέρπει.
ant. 271. τέκνα, τέκν', οὐκ ἔτι δή,
οὐκ ἔτι δὴ μάτηρ
σφῷν ἐστιν, χαίροντες, ἰὼ
τέκνα, τόδε φάος ὁρῷτον.

Vulgo legitur μέθετέ μ' ἤδη, et ante ὄσσοισι additur ἐπί, quae praepositio simili modo Phoeniss. 1310. male a librariis repetita est. In tertio tamen strophae versu fortasse adhuc corruptela latet.

v. 1575.

ἐν καθαρῷ βῆναι.

stroph. 1564.

— *καὶ Στύγιον δόμον.*

Totum illud carmen recta potius versuum distinctione quam correctione restituendum esse, ostendi ad Eur. Troad. 263. — Soph. Electr. 864.

ἄσκοπος ἁ λώβα.

stroph. 855.

εἴδομεν ἃ θροεῖς.

Bona enim haec lectio est. Ibid. 1084.

νώνυμος ὦ παῖ παῖ.

ant. 1092.

νῦν ὑπὸ χέρα ναίεις.

Recte Erfurdtius *χεῖρα* in *χέρα* mutavit; sed stropham mutari nihil erat opus. Trach. 854.

ἔπω ἀγακλειτόν.

— Etiam Soph. Oed. R. 1195. *ὐδένα μακαρίζω* potest servari. In Aeschyl. autem Suppl. 551. non video faciliorem emendandi rationem, quam si versiculo transposito sic legas:

περᾷ δὲ Τεύθραντος ἄςυ Μυσῶν,
καὶ δι' ὀρῶν Κιλίκων
Παμφύλων τε γένη
Λύδιά τε γύαλα διορνυμένα,
πὰρ ποταμὺς τ' ἀενάους
καὶ βαθύπλυτον χθόνα καὶ
τᾶς Ἀφροδίτας πολύπυρον αἶαν.

stropha 541.

λειμῶνα βύχιλον, ἔνθεν Ἰὼ
οἴςρῳ ἐρεσσομένα
φεύγει ἁμαρτίνοος,
πολλὰ βροτῶν διαμειβομένα
φῦλα. διχῆ δ' ἀντίπορον
γαῖαν ἐν αἴσᾳ διατέ-
μνυσα πόρον κυματίαν ὁρίζει.

ut in quarto ab initio versu alter dactylus arsin solutam habeat et *Λύδια* disyllabum sit. Verbum *περᾷ* pertinet etiam ad postremos accusativos. — Obiter moneo, etiam Aristophanem ea solutione esse usum, ut Nub. 1161. *πρόβολος ἐμός.* Av. 1752. *διὰ σὲ τά.* coll. Nub. 916.

de quo loco supra diximus. Ibid. 1017.

τȣ̃ ξυγερȣ̃ φεῦ φεῦ.

De antistrophico infra. Ibid. 1039.

ὦ Διὸς αὐθαίμων.

stroph. 1023.

ὦ παῖ, ποῦ ποτ᾽ εἶ.

Aiac. 715.

κȣ̓δὲν ἀναύδητον – φατίξαιμ᾽ ἂν εὖ-
τέ γ᾽ ἐξ ἀέλπτων.

stroph. 702.

Ἰκαρίων δ᾽ ὑπὲρ – πελαγέων μολὼν
ἄναξ Ἀπόλλων.

quae distinctio vocem φατίξαιμι contra Lobeckium vindicat. Ibid. 886.

πλαζόμενον λεύσσων.

ant. 932.

ἐχθοδόπ᾽ Ἀτρείδαις.

Ibid. 908.

ᾤ μοι ἐμᾶς ἄτας – οἷος ἄρ᾽ αἱμάχθης.

ant. 954.

ἦ ῥα κελαινώπαν – θυμὸν ἐφυβρίζει.

Philoct. 177.

ὦ παλάμαι θνητῶν.

ant. 188.

ἁ δ᾽ ἀθυρόστομος. *)

---

*) Qui hunc locum Critici tractarunt, pleriqne omnes corrigunt ἀθυρόγλωσσος pro ἀθυρόστομος. Erfurdtius etiam, non monito lectore, sed Gernhardo meo, ut video, auctore, βαρεῖα in βαρείας mutavit, de metro sine causa timens. Nam versus ita sunt disponendi:

χρείας ἱσταμένῳ· πῶς ποτε, πῶς
δύσμορος ἀντέχει; ὦ παλάμαι θνητῶν.
ant. λιμῷ τ᾽ οἰκτρὸς, ἀνήκεστα μερι-
μνήματ᾽ ἔχων· βαρεῖα δ᾽ ἀθυρόστομος.

Ibid. 846.

πέμπε λόγων φάμαν.

stroph. 830.

ὄμμασι δ' ἀντέχοις.

quem locum paulo ante p. 33. constituimus. Ibid. 1096.

ὦ βαρύποτμ' ἐκ ἄλ - λοθεν. *)

§. 19.

Etiam huius formae longum est omnia ex Euripide exempla exsignare. Primae eius Tragoediae haec habent. Hec. 697.

πρὸς τίνος ἀνθρώπων.

ant. 712.

ἔθετό νιν κρύψας.

Ibid. 700.

ἐν ψαμάθῳ λευρᾷ.

Ibid. 1068.

φέγγος ἀπαλλάξας.

ant. 1084.

ὀλέθριον κοίταν.

Hiatum, quem faciunt ἀντέχει ut ὦ ut interrogatio ita exclamatio excusat.

*) Hic enim locus aliquanto minore, quam Erfurdtio meo visum est, auxilio eget. Lego eum sic:

σύ τοι σύ τοι κατηξίωσας,
ὦ βαρύποτμ', ἐκ ἄλλοθεν ἔχει τύχα
τᾶδ' ἀπὸ μείζονος·
εὖτέ γε παρὸν φρονῆσαι.

ant. πότμος πότμος σε δαιμόνων τάδ',
ἐδέ σέ γε δόλος ἔσχ' ὑπὸ χερὸς ἐμᾶς· στυγερὰν ἔχε δύσποτμον
ἀρὰν ἀρὰν ἐπ' ἄλλοις.

Vid. Varr. lectt. Medium tenent tres dochmii, quorum formae in antistropha variant.

Ibid. 1073.

ἀργύμενος λώβαν.

stroph. 1059.

τιθέμενος ἐπὶ χεῖ - ρα.

Ibid. 1098.

ὦ μοι ἐμᾶς λώβας.

stroph. 1088.

αἶ αἶ ἰὼ Θρήκης.

Orest. 144.

σὺ - ριγγος ὅπως πνοιά.

ant. 158.

βλέφαρα κινήσεις.

Ibid. 1256.

πήμασιν ἐξεύρῃ.

ant. 1276.

ἔ - ρημα τὰ πρόσθ' αὐλᾶς.

Ibid. 1305.

ἔκτανεν Ἑλλάνων.

v. 1388.

καλλοσύνας Λήδας.

v. 1437.

δῶρα Κλυταιμνήστρᾳ.

Phoeniss. 105.

ἴχνος ἐπαντέλλων.

nisi priorem in ἴχνος correptam putes. Ibid. 114.

ἄρα πύλαι κλείθροις.

ant. 147.

τίς δ' ὅδ', ὅς ἀμφὶ μνῆ - μα.

Ibid. 117.

τείχεος ἥρμοσται.

ant. 149.

εἰς - ιδεῖν νεανίας. *)

---

*) Νεανίας hic trisyllabon est, ut Hel. 172.

ἐκ ἐπὶ λέκτρον βαρβάρου νεανία.

Ibid. 123.

βρα - χίονι κουφίζων.

ant. 132.

ἁμερίῳ γέννᾳ.

Ibid. 179.

ὦ λιπαραζώνου.

Ibid. 192.

ὕπερ - ἄνορα κοιμίζοις.

Ibid. 200.

δουλοσύναν τλαίην.

stroph. 168.

ἐ - μὸν ὁμογενέτορα.

Ibid. 349.

ἀνυμέναια δ' Ἰσ - μηνὸς ἐκηδεύθη.

stroph. 305.

κλύεις ὦ τεκοῦ - σα τένδ' ὦ μᾶτερ.

Hippol. 880.

φθεγγόμενον τλήμων.

Ibid. 1275.

πτανὸς ἐφορμάσει.

stroph. 1271.

ὠκυτάτῳ πτερῷ.

§. 20.

Undecima forma ⏑ ⏑́ ⏑́ ⏑ – – cum socia quinta decima – ⏑́ ⏑́ ⏑ – – poetis, ut par erat, minus placuit. Est enim syllabarum vicissitudo eiusmodi, ut facilius quam in ceteris possit ambigi, quonam loco vox acuenda sit. Nec certa ulla earum formarum habeo exempla, sed omnia, quae afferre possem, plus minus a proba-

---

et Iphig. Taur. 647. ut infra ostendetur. Similiter Aeschyl. Sept. ad Theb. 312. monosyllabon est νέας; et Eur. Alcest. 475. nihil erit mutandum, si νέᾳ in unam syllabam contraxeris. Etiam sequens versus recte antistrophico respondet, modo in illo Codicum lectionem αὔδα reponas.

bilitate absunt. His igitur lectorem morari noluimus. Nam quaenam demonstrandi vis locis inesse potest, quorum aut distributio aut emendatio triplici quadruplicive modo potest institui? Duo tamen exempla non debent silentio transmitti, alterum undecimae formae Euripid. Heracl. 84.

κατέχετ' ἐκλιπόν - τᾶς Εὐβοῒδ' ἀκτάν.

ant. 105.

πότνια γὰρ Δίκα - τάδ' οὐ πείσεται.

quae, nisi contracte *Εὐβοῖδ'* scribendum est, excusationenem habet ab nomine proprio; alterum quintae decimae Aeschyl. Agam. 990.

μάλα γάρ τὸ τᾶς - πολλᾶς ὑγιείας.

quem versum dimetrum dochmiacum esse debere, colligi possit ex antistrophico 1011.

τὸ δ' ἐπὶ γᾶν πεσόνθ' ἅπαξ θανάσιμον.

hunc enim dochmiacum omnes libri offerunt. Nihilominus tamen posterior corruptus videtur, et hoc inprimis molestum est, quod *πεσόν*, quod pro *πέσονθ'* sensus postulat, metrum corrumpit. Possit quidem ea vox transponi:

τὸ δ' ἐπὶ γᾶν ἅπαξ πεσὸν θανάσιμον.

depravatioque ita explicari, ut dicas, quum transponerentur vocabula, litteram *θ* ex *θανάσιμον* voci *πεσόν* adhaerentem, una cum hac in alterum locum commigrasse. Strophicus tum versus expleri possit scribendo *μάλα γάρ οὖν*, ut est in Eumenid. 356. Sed quis est, qui loco, et in stropha et in antistropha ex conjectura mutato, tantam vim tribuat, ut incertae formae usum inde doceri posse existimet? Quae quum ita sint, has formas, certe dum minus dubia earum exempla inveniantur, in Tragicorum emenda-

tione vitandas esse arbitror. Idem infra de formis vicesima septima et tricesima prima dicendum erit, quae a nostris eo tantum differunt, quod finalem solutam habent.

§. 21.

Minus offensionis habuisse videntur duodecima forma ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑́ ⏑ – – et sexta decima – ⏑́ ⏑ ⏑́ ⏑ – –, quae utramque arsin solvunt. Prior legitur Eur. Iphig. Aul. 1288.

θανατό - εντι Πάριν ὃς Ἰδαῖ - ος. *)

*) Probabilis enim huius loci dispositio haec est:

ἰὼ ἰὼ Φρυγῶν νιφόβολον νάπος,
Ἴδας τ' ὄρεα, Πρίαμος ὅθι ποτὲ βρέφος ἁ-
παλὸν ἔβαλε, ματέρος ἀπόπρο νοσφίσας;
ἐπὶ μόρῳ θανατόεντι Πάριν, ὃς Ἰδαῖ-
ος Ἰδαῖος ἐλέ-
γετ' ἐλέγετ' ἐν Φρυγῶν πόλει.

Vulgo *Φρυγῶν* collocatur post *νιφόβολον*. Hermanno placuit:

ἰὼ ἰὼ νιφόβολον Φρύγιον νάπος.

Pro *μητρὸς* scripsi *ματέρος*. Omnes dochmiaci sunt praeter ultimum, qui iambicus est. Probabilem hanc dispositionem dixi. Nam quum nulla, ut videtur, eius antistropha sit, alio etiam modo a poeta versus potuerunt distincti esse. Fortasse etiam ulterius dochmiacus numerus continuandus est. Haec enim bonos dant dochmiacos:

πόλει· μὴ ποτ' ὤφειλε τὸν ἀμφὶ βοῦς
βουκόλον ἐκτραφέντ' Ἀλέξανδρον οἰ-
κίσαι.

Vulgo *βουσὶ* et *τραφέντ'*. Sed certi de hoc loco nihil dum possum pronuntiare. Quod idem de pluribus Iphigeniae Aulidensis carminibus melicis fatendum mihi est. Neque enim, si quid video, in ulla alia fabula Euripidea pleraque carmina melica tam sunt confusa, tamque omnem criticam opem respuunt, quam in Iphigenia Aulidensi: ut non intelligam Boeckhium, in libro de Graecae Trag. Princip. p. 262. ita scribentem: *haec enim* (melica carmina) *in Iphigenia Aulidensi eximiam habent suavitatem, neque ita perturbata videntur esse, ut in aliis Tragoediis.*

Troad. 325.

πάλλε πόδ' αἰθέριον, - ἄναγε χορὸν, εὐάν.

stroph. 308.

ἄνεχε, πάρεχε φῶς, φέρε, σέβω φλέγω.

φέρε pro vulgato φέρω restituendum est ex Scholiasta Aristophanis ad Av. v. 1717. licet idem Scholiasta ad Vesp. 1317. ubi hic Euripidis locus iterum citatur, vulgatam φέρω retineat. Bacch. 1000.

θά - νατος ἀπροφάσιςος.

ant. 980.

λευρᾶς ἀπὸ πέτρας.

quamquam huic loco ut corrupto non multum tribuimus. —. Hel. 700.

κακόποτμον ἀραίαν.

hunc enim totum locum in dochmiacos esse describendum mox docebimus. Sexta decima forma est in Aeschyl. Eum. 830.

θυμὸν ἄϊε, μᾶτερ - νύξ. ἀπὸ γάρ με τιμᾶν cet.

Videntur enim illa verba θυμὸν ἄϊε, μᾶτερ, eodem rhythmo sequentibus esse annectenda. Ceterum etiam in reliqua huius carminis parte plerosque versus pro dochmiacis habeo, ut ἐμὲ παθεῖν τάδε, ἐμὲ παλαίφρονα, πνέω τοι μένος, τίς μ' ὑποδύεται. His ter interpositi sunt monometri anapaestici, κατὰ γᾶν οἰκεῖν, οἱ οἱ δᾶ φεῦ, et πλευρᾶς ὀδύνα, semel dimeter Creticus, ἀτίετον φεῦ μύσος, quem numerum alias quoque saepe dochmiis socium se inferre, infra demonstrabitur. Soph. Electr. 1092.

νῦν ὑπὸ χέρα ναίεις.

ant. 1084.

νώνυμος ὦ παῖ, παῖ.

Cf. quae diximus de hoc loco p. 46. Antig. 1341. hi versus leguntur:

σέ τ᾽ αὐτὰν, ᾤ μοι μέλεος, οὐδ᾽ ἔχω
ὅπα πρὸς πότερον ἴδω, πᾶ καὶ θῶ,
πάντα γὰρ cet.

In his primum magnae est offensioni hiatus post ἔχω. Continuatur enim oratio neque ullam patitur moram. Deinde mira est locutio ὅπα πρὸς πότερον, quorum alterum poterat abesse. Verbis denique πάντα γὰρ in antistropha nihil respondet, unde lacunam ibi esse suspicati sunt Brunckius et Erfurdtius, quam prior adeo ex ingenio supplevit. Meo iudicio nihil nisi ὅπα, pro quo libri etiam ὅπη dant, eiiciendum est, adscriptum primo illud explicationis causa sive ad πρὸς πότερον, sive, quod probabilius est, ad vicinum πᾶ, quod, ut recte Erfurdtius censet, hoc loco valet ὅπα, postea male in textum illatum. Locum igitur sic lego:

σέ τ᾽ αὐτὰν, ᾤ μοι μέλεος, οὐδ᾽ ἔχω
πρὸς πότερον ἴδω, πᾶ καὶ θῶ, πάντα
γὰρ cet.

ant. 1319.

ἐγὼ γάρ σ᾽ ἐγὼ ἔκτανον, ὤ μέλεος
ἐγὼ, φάμ᾽ ἔτυμον, ἰὼ πρόσπολοι.

qua ratione nec lacuna est, neque hiatus. Simul nanciscimur formae nostrae exemplum in his:

πρὸς πότερον ἴδω, πᾶ.

Eur. Hippol. 1273.

ἁλμυρὰν ἐπὶ πόντον.

stroph. 1269.

ἄγεις Κύπρι σύν.

Hel. 677.

παῖς μ' ἐπέλασε Νείλῳ.

Huius tamen carminis antistrophicam responsionem non ex omni parte perspicio. Hercul. Fur. 1026.

Αἴ-

δα χορὸν ἰαχήσω.

§. 22.

Venimus iam ad disputationis huius partem longe gravissimam, qua de soluta dochmiorum syllaba finali agetur. Auctores enim fuerant Heathius et Brunckius, asynartetos esse versus dochmiacos, numerosque singulis ubique dochmiis absolvi atque terminari. Hinc sequebatur, syllabam dochmii finalem nunquam posse in duas breves solvi; hinc, non modo hiatum sed syllabam etiam ancipitem in singulorum dochmiorum fine ubique recte poni. Hoc praeceptum, quum sane haberet, quo se commendaret, Hermannus quoque in libris, quos de metris scripsit, secutus est, vulgoque ad eam normam versus dochmiaci et legebantur et exigebantur. Errasse tamen Brunckium, praeceptumque illud, qui largus perversarum emendationum fons fuit, falsum omnino esse et vanum, iam significatum a me est in Epistola ad Lobeckium ad eius Aiacem p. 435., quum dochmiacos saepe formare systemata dicerem. Neque difficilis ea demonstratio est. Tanta enim passim per plerasque veterum et Tragicorum et Comici Aristophanis fabulas exstat dochmiorum multitudo syllabam finalem solutam habentium, ut nullus dubitationi locus relinquatur. Aristophanem iam missum facimus; sed, quae ex Tragicis exempla exsignavi, ea

deinceps hic proponemus. Ac quum sedecim hactenus formas dochmiacas habuerimus, iam numerus earum ad triginta duas augebitur, additis illis sedecim syllabae finalis solutione. In quibus recensendis eundem, quem supra secuti sumus, ordinem servabimus. Quemadmodum enim illas non omnes aeque usitatas esse vidimus, ita etiam harum crebrius alias, alias parcius poetae adsciverunt; ad quam rem Critico quam maxime esse advertendum, facile intelligitur. Sunt etiam paucae, quarum aut nulla aut parum certa exempla afferre possum. De his itaque anceps adhuc iudicium est, cautioque adhibenda, ne quid Graecis obtrudamus, quod ab eorum sensu abhorruit. Namque non omnia, quae legibus rhythmicis non adversantur, ideo etiam fuerunt in usu. Ceterum ex re ipsa liquet, eum dochmium, qui systema claudit, solutionis illius esse expertem.

§. 23.

Initium igitur fiat ab his quatuor formis:

17) ⏑ ⏊ ⏊ ⏑ ⏑ ⏑
18) ⏑ ⏑́⏑ ⏊ ⏑ ⏑ ⏑
19) ⏑ ⏊ ⏑́⏑ ⏑ ⏑ ⏑
20) ⏑ ⏑́⏑ ⏑́⏑ ⏑ ⏑ ⏑

in quibus undevicesima ceteris minus est usitata. Septima decima utitur Aeschylus Prometh. 432.

κελαινὸς δ' Ἄϊδος – ὑποβρέμει μυχός.

Agam. 764.

κότον δαιμονά τε. *)

*) Hic enim locus vix lenius poterit sanari, quam si in dochmiacos eum redegeris, ut responsio haec sit:

Eumenid. 777.

πολίταις ἔπαθον - ἰὼ μεγάλα τοι.

Sophocles Antig. 1319.

ἐγὼ φάμ' ἔτυμον - ἰὼ πρόςπολοι.

ant. 1342.

πρὸς πότερον ἴδω, πᾶ - καὶ θῶ, πάντα γάρ.

Vid. quae disputavimus p. 54, Philoct. 400.

λεόντων ἔφεδρε - τῷ Λαερτίυ.

ant. 516.

πορεύσαιμ' ἂν ἐς - δόμυς τὰν ἐκ τῶν.

Vide tamen de hoc loco p. 20. Euripides dat paulo plura, Hippol. 363.

τυράννυ πάθεα - μέλεα θρεομένας.

ant. 670.

τίνα νυν ἢ τέχναν - ἔχομεν ἢ λόγον.

qui sanissimus locus Criticos valde vexavit. Ibid. 831.

πρόσωθεν δὲ πόθεν - ἀνακομίζομαι.

Etiam hunc locum Critici mutandum censuerunt. Antistrophici eius incerta emendatio est. Iphig. Taur. 881.

παλάξαι, τόδε σὸν - ὦ μελέα ψυχά.

stroph. 877.

πάλιν ἀπὸ πόλεως - ἀπὸ φόνυ πέμψω.

νεαρὰ φάσε
κότον δαίμονά τε τὸν ἄμαχον, ἀπόλεμον,
ἀνίερον, θράσος etc.

ant. v. 773. παλιντρόποι-
σιν ὄμμασι λιπῦσ' ὅσια προσέβαλεν
δύναμιν ὖ σέβυ - σα.

Pro corruptis νεαρὰ φάσς κότον Hermannus legi vult νεοῤῥαφῆ σκότον. Fortasse facilius fuerit νέας ῥαφὰς σκότον. In antistropha προσέβαλεν pro προσέβα τῦ Hermanni est respicientis, ut opinor, ad Soph. Trach. 844.

Bacch. 977.

ἀνοιςρήσατέ νιν - ἐπὶ τὸν ἐν γυναι-
κομίμα.

ant. 997.

μανεῖσα πραπίδι - παρακόπῳ τε λή-
ματι.

Ibid. 988.

λεαίνας δέ γε τι - νὸς ἢ Γοργόνων.

ant. 1008.

τὰ δ' ἔξω νόμιμα - δίκας ἐκβαλόν-
τα.

Ion. 714.

ἔχουσαι σκόπελον - οὐράνιόν θ' ἕδραν.

ant. 717.

λαιψη-
ρὰ πηδᾷ νυκτιπό - λοις ἅμα σὺν Βάκχαις.

Ibid. 766.

διανταῖος ἔτυ - πεν ὀδύνα με πνευ-
μόνων τῶνδ' ἔσω.

Hercul. Fur. 886.

ἰώ μοι μέλεος.

§. 24.

Duodevicesimae formae ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑ exempla habent Aeschyl. Sept. adv. Theb. 82.

ἔτυμος ἄγγελος ἐ - λεδεμνάς.

ant. 89.

εὐ - τρεπὴς ἐπὶ πόλιν - διώκων.

Ibid. 196. qui totus locus sic est legendus:

ἀλλ' ἐπὶ δαιμόνων πρόδρομος ἦλθον ἀρ-
χαῖα βρέτη θεοῖ - σι πίσυνος νιφάδος,
ὅτ' ὀλοᾶς νιφομένας βρόμος ἐν πύλαις.

stroph. 187.
ὦ φίλον Οἰδίπου τέκος, ἔδεισ' ἀκού-
σασα τὸν ἁρματό - κτυπον ὄτοβον ὄτοβον,
ὅτε τε σύριγγες ἔκλαγξαν ἑλίτροχοι.
Choëph. 154.
κλύε δέ μοι κλύε σέ - βας, ὦ δέσποτ', ἐξ
ἀμαυρᾶς φρενός.
ant. 160.
βέλη
'πιπάλλων Ἄρης, - σχέδιά τ' αὐτόκω-
πα νωμῶν ξίφη. *)
Sophocles Oed. R. 1340.
ἀπάγετ' ἐκτόπιον.
ant. 1360.
νῦν ἄθλιος (l. ἄθεος) μὲν εἰμ'.

---

*) Haec cantiuncula, cuius unus iam locus transpositione vocabulorum a Schützio sanatus est, in antistropha eodem, opinor, vitio laborat. Responsio enim haec antiquitus fuisse videtur. Stropha:

ἵετε δάκρυ καναχὲς ὀλόμενον ὀλομένῳ
δεσπότᾳ
πρὸς ἔρυμα τόδε κεδνῶν, κακῶν τ'
ἀπότροπον ἄγος ἀπεύχετον
κεχυμένων χοᾶν. κλύε δέ μοι, κλύε σέ-
βας ὦ δέσποτ' ἐξ ἀμαυρᾶς φρενός.

Antistropha: ὀτοτοτοτοτοτοτοῖ ἰὼ τίς ἀναλυτὴρ
δωμάτων,
δορυσθενὴς ἀνὴρ Σκύθης
τά τ' ἐν χεροῖν παλίντονα
ἐν ἔργῳ βέλη 'πιπάλλων Ἄρης
σχέδιά τ' αὐτόκωπα νωμῶν βέλη;

Primus versus trochaicus est, alter creticus, tertius et quartus dimetri iambici, quintus et sextus dimetri dochmiaci. In antistropha vulgata lectio est τίς δορυσθενὴς ἀνὴρ, ἀναλυτὴρ δόμων Σκύθης cet. Meam verborum posituram aptiorem multo esse, nemo negabit. Sed δόμων mutandum fuit in δωμάτων, ut infra v. 810. legitur δωμάτων λυτήριον. Nomina ista perpetuo confusa, ut Eur. Phoeniss. 337. et 1596.

Euripides Hec. 1101.
ὑ - ψιπετὲς εἰς μέλαθρον.
stroph. 1096.
Ἀ - ρει κάτοχον γένος.
Orest. 335.
μέλεον ὦ δάκρυα.
stroph. 319.
θίασον ἐλάχετ' ἐν.
Ibid. 346.
ἕτερον ἢ τὸν ἀπὸ - θεογόνων γάμων.
stroph. 330.
ἔλακεν ἔλακε δε - ξάμενος ἀνὰ δάπεδον.
Et in hoc et in illo Orestis loco Critici sine causa haeserunt. Ibid. 1436.
φάρεα πορφύρεα.
Phoeniss. 103.
ὄρεγε νῦν ὄρεγε - γεραιὰν νέᾳ.
Ibid. 1519.
μονομά-
τορος ἐμοῖς ἄχεσι - συνῳδός.
stroph. 1515.
τοιάδ' ἄχεα φανερά; τάλαινα.
Hippol. 587.
διὰ πύλας ἔμολεν.
stroph. 574.
σε φῆμα, γύναι.
Ibid. 853.
δάκρυσί μου βλέφαρα - καταχυθέντα τέγγεται.
stroph. 814.
ἀνοσίῳ τε συμ - φορᾷ σᾶς χερός.
Androm. 844.
ἀπόδος ὦ φίλος ἀ - πόδος, ἵν' ἀνταίαν. *)

*) Non debet offendere, quod hic prima syllaba in ἀπόδος ad antecedentem dochmium pertinet. Ita enim saepe fit. Aeschyl. Sept. ad Theb. 189.

uti legendum esse iam diximus in Epist. ad Lobeckium p. 436. Iphig. Aul. 1288.

ἐπὶ μόρῳ θανατό - εντι.

Vide §. 21. p. 52. Iphig. Taur. 646.

σὲ δὲ τύχας μάκαρος - ἰὼ νεανία.

Stropha, ut opinor, v. 642.

κατολοφύρομαι - σὲ τὸν χερνίβων.

Rhes. 131.

τάδε δοκεῖ τάδε με-ταθέμενος νόει.

ant. 195.

μέγας ἀγὼν, μεγάλα - δ' ἐπινοεῖς ἐλεῖν. *)

Choeph. 154.
ὅτε τε σύριγγες δ - κλαγξαν ἑλίτροχοι.

Soph. Philoct. 846.
κλύε δέ μοι κλύε, σέ - βας ὦ δέσποτ' ἐξ.

Eur. Orest. 1364.
ἐν νόσῳ εὔδρακὲς ὕπ - νος ἄϋπνος λεύσσειν.

Ibid. 1468.
διὰ τὸν ὀλόμενον ὀ - λόμενον Ἰδαῖον.

Iphig. Aul. 1477.
χρυσεοσάνδαλον ἴχ - νος ἔφερεν ἔφερεν.

Rhes. 131.
στέφεα περίβολα δι - δοτε φέρετε πλόκαμος.

Bacch. 988.
τάδε δοκεῖ, τάδε με - ταθέμενος νόει.

Ibid. 993.
λεαίνας δέ γε τι - νὸς ἢ Γοργόνων

Hercul. Fur. 1069.
τὸν ἄθεον ἄνομον ἄ - δικον Ἐχίονος.

Ibid. 1212.
ἀπόκρυφον δέμας ὑ - πὸ μέλαθρον κρύψω.

Eur. Electr. 1170.
βρόμον ἐπὶ φόνιον, ἀν - όσιον ἐξάγῃ.

σχέτλια μὲν ἔπαθες, ἀν - όσια δ' εἰργάσω.

*) In strophico versu iam Brunckius reponi voluit *μεταθέμενος*, ad Eur. Hippol. 847. ubi totum hunc Rhesi locum exhibet. Sed una haec vera est eius in isto loco emendatio. Optimus vir, qui editoribus succenset, *quod nihil omnino hi viderint*, ipse si nihil vidisset, recte vidisset. Servanda per totum carmen, stropham dico et antistropham, librorum lectio est, versu tantum 200. *ἀνδράσι* mutandum est in *ἀνδράσιν*, et paulo ante fortasse *τὰ δὲ θεόθεν* in *τὰ θεόθεν*. Locum intellige sic: *Quod Deos attinet, adsit consiliis tuis Iustitia, ho-*

Ion. 776.

τὸ δ' ἐπὶ τῷδε κακὸν - ἄκρον ἔλακες, ἔλακες.

ant. 782.

πῶς φῄς; ἄφατον ἄφα - τόν (τιν') ἀναύδητον.

Hercul. Fur. 1051.

διά μ' ὀλεῖτε. κεχυ - μένος ἐπαντέλλει.

Ibid. 1069.

ἀπόκρυφον δέμας ὑ - πὸ μέλαθρον κρύψω.

Ibid. 1180.

ἐπάθομεν πάθεα - μέλεα πρὸς θεῶν.

stroph. 1178.

ὦ τὸν ἐλαιοφόρον - ὄχθον ἔχων (ἄναξ.)

Ibid. 1192.

δόρυ γιγαντοφόνον - ἦλθε.

Eur. Fragm. Antiop. II.

ὑποπεσοῦσ' ἔλαθεν - ὅταν κ. τ. λ.

Hoc enim Fragmentum dochmiacum est:

δίκα τοι δίκα χρόνιος · ἀλλ' ὅμως
ὑποπεσοῦσ' ἔλαθεν, ὅταν ἔχῃ τιν' ἀσε-
βῆ βροτῶν.

§. 25.

Undevicesima forma ⏑ ⏑́ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ occurrit Sophocl. Antig. 1273.

θεὸς τότ' ἄρα τότε - μέγα βάρος μ' ἔχων.

ant. 1296.

τίς ἄρα τίς με πότ - μος ἔτι περιμένει.

Strophici versus mensura Erfurdtium meum, nescio quo casu, fefellit. Fortasse etiam huc pertinet Orest. 1305.

δόρει παρὰ ποταμὸν - ὀλομένους.

---

mines autem quod attinet, talia tibi ostenduntur, quae quod amplius optes, nihil reliquum faciunt.

Si recte Hermannus de usu antistrophicorum p. XIV. δόρει pro δορὶ reposuit. Nam quum haec epodus sit, pro certo affirmari non potest. — Phoeniss. 193.

αἰχ-
μαλωτίδας ὁ δορὶ - Θηβαίας Μυκή-
ναισιν.

stroph. 169.

δέρᾳ φιλτάτᾳ - βάλοιμι χρόνῳ.

Hel. 701.

ἔβαλλε θεὸς ἀπὸ - πόλεος ἀπό τε σέθεν.

nisi scribendum est:

ἔβαλε θεὸς ἀπό τε.

Cf. §. proximam. Hercul. Fur. 107.

ὑπώροφα μέλαθρα - καὶ γεραιὰ cet.

ant. 119.

μὴ προκάμητε πόδα - βαρύ τε κῶλον cet.

§. 26.

Vicesima forma, ex octo bresibus syllabis composita, usu est celebratissima; eamque praecipue adamavit Euripides, brevium ille syllabarum fautor. Aeschylus eam habet Sept. ad Theb. 188.

ἁρματό-
κτυπον ὄτοβον ὄτοβον - ὅτε τε σύριγγες ἔ-
κλαγξαν.

ant. 196.

θεοῖ-
σι πίσυνος νιφάδος - ὅτ᾽ ὀλοᾶς νιφομέ-
νας.

Agam. 764.

τὸν ἄμαχον ἀπόλεμον - ἀνίερον θράσος.

ant. 774.
ὅσια προςέβαλεν – δύναμιν ἃ σέβουσα.

Vid. supra p. 56. seq. Sophocl. Oed. R. 662.
ἐπεὶ ἄθεος ἄφιλος – ὅ,τι πύματον.
ant. 691.
παραφρόνιμον ἄπορον – ἐπὶ φρόνιμα.
Ibid. 1313. quater:
νέφος ἐμὸν ἀπότροπον – ἐπιπλόμενον ἄφατον
ἀδάματόν τε καί.
ant. 1321.
σὺ μὲν ἐμὸς ἐπίπολος – ἔτι μόνιμος ἔτι γὰρ
ὑπομένεις με τόν.
Electr. 1245.
ἀνέφελον ἐπέβαλες – ἃ ποτε καταλύσιμον.
ant. 1266.
τᾶς πάρος ἔτι χάριτος – εἴ σε θεὸς ἐπῶρσεν.*)

---

*) Si sanus hic versus est, numeri ita distinguendi sunt:

stroph. οὔ ποτε καταλύσιμον οὐ-
δέποτε, λησόμενον
ἁμέτερον
οἷον ἔφυ κακόν.
ant. εἴ σε θεὸς ἐπῶρσεν ἁ-
μέτερα πρὸς μέλαθρα,
δαιμόνιον
αὐτὸ τίθημ' ἐγώ.

Qua ratione primus versus trochaicus est. Sed videtur in antistrophico v. 1267. γε excidisse. Illud incertum est, quo loco exciderit. Tum totum locum ita distingue:

stroph. ὀτοτοτοτοτοτοτοτοῖ.
ἀνέφελον ἐπέβαλες οὔ ποτε καταλύσιμον
οὐδέποτε λησόμενον, ἁμέτερον
οἷον ἔφυ κακόν.

Trachinn. 855.

Ἥρα – κλέα ἀπέμολε πάθος – οἰκτίσαι
ἰὼ ἰώ.

stroph. 844.

ὅ τι προσέβαλε τάδ' ἀπ' – ἀλλοθρόου γνώμας.

vid. p. 19. Philoct. 853.

μάλα τοι ἄπορα πυκι – νοῖς ἐνιδεῖν πάθη.

Strophicus versus tribus syllabis brevior est. Hermannus in Dissertat. de pronomine αὐτὸς p. 70. eum sic complet:

πολύ τι, πολὺ παρὰ πό – δα κρατος ἄρνυται.

Eur. Orest. 149.

κάταγε κάταγε πρόσιθ' – ἀτρέμας ἀ-
τρέμας ἴθι,
λόγον ἀπόδος ἐφ' ὅ, τι – χρέος ἐμόλετέ
ποτε,
χρόνια γὰρ πεσὼν ὅδ' εὐνάζεται.

ant. 162.

ἄδικος ἄδικα τότ' ἄρ' – ἔλακεν ἔλακεν,
ἀπό-
φονον ὅτ' ἐπὶ τρίποδι – Θέμιδος ἄρ'
ἐδίκασε
φόνον ὁ Λοξίας ἐμᾶς ματέρος.

Haec enim vera numerorum huius loci ratio est. Ibid. 177.

Ἐρεβόθεν ἴθι μόλε – μόλε κατάπτερος.

---

ant. ἔφρασας ὑπερτέραν
τᾶς πάρος ἔτι χάριτος, εἴ γέ σε θεὸς ἐπῶρσ'
ἀμέτερα πρὸς μέλαθρα, δαιμόνιον
αὐτὸ τίθημ' ἐγώ.

Possit etiam scribi εἴ γέ σ' ἐπῶρσε θεὸς, vel εἴ σέ γ', ut Philoct. 1117. ubi pariter γε sic positum est, quamvis non pertineat ad pronomen.

ant. 198.

πατέρα τέκνα τε τάδε-σέθεν ἀφ' αἵματος.

Ibid. 330.

δε - ξάμενος ἀνὰ δάπεδον, - ἵνα μεσόμφαλοι.

ant. 346.

θεογόνων γάμων - τὸν ἀπὸ Ταντάλε.

Vexavit haec responsio Brunckium et Porsonum, qui strophicum versum bifariam depravarunt. Ibid. 1364.

διὰ τὸν ὀλόμενον ὀ - λόμενον Ἰδαῖον.

ant. 1547.

ἔπεσ' ἔπεσε μέλαθρα - τάδε δι' αἱμάτων.

Phoeniss. 1295.

τέκεα, πότερος ἄρα - πότερον αἱμάξει.

ant. 1310.

ὅτε ποτὲ μονόμαχον - ἐπὶ φρέν' ἠλθέτην.

Cf. p. 40. Aliquoties etiam occurrit haec forma in loco Iphig. Aul. 1284. quem in nota ad §. 21. tractavimus. Ibid. 1477.

στέφεα περίβολα δί-δοτε φέρετε, πλόκαμος

ὅδε καταςέφειν.

De antistrophico infra dicetur. Iphig. Taur. 863.

ἀπάτορ' ἀπάτορα πότ - μον ἔλαχον.

stroph. 861.

φεῦ, φεῦ, χερνίβων - τῶν ἐκεῖ.

Ibid. 871.

παρὰ δ' ὀλίγον ἀπέφυ - γες ὄλεθρον ἀνόσιον.

stroph. 869.

ὦ μελέα δεινᾶς τόλμας, δείν' ἔτλαν.

Troad. 287.

φίλα τὰ πρότερ' ἄφιλα – τιθέμενος πάν-
των.

Ita enim legendum esse arbitror.

ant. 283.

πολεμίῳ, δίκας – παρανόμῳ δάκει.

Bacch. 993.

τὸν ἄθεον ἄνομον ἄ – δικον Ἐχίονος.

Antistropha 1013. eadem verba refert. Ibid. 983.

δρόμῳ ἐς ὄρος ἐς ὄρος – ἔμολεν, ὦ Βάκχαι.

ant. 1003.

θηρεύου-
σα τὰ δ' ἕτερα μεγάλα – φανερὰ τῶν αἰεί.

cf. p. 34. Ibid. 1169.

ἕλικα νε-
όтομον ἐπὶ μέλαθρα – μακάριον θήραν.

ant. v. 1184.

ὑ-
πὸ κόρυθ' ἁπαλότριχα – κατάκομον βάλλει.

Hel. 700. ter in his:

ἐμὲ δὲ πατρίδος ἄπο – κακόποτμον ἀραιὰν
ἔβαλλε θεὸς, ἀπὸ – πόλεος ἀπό τε σέθεν,
ὅτι μέλαθρα λέχεά τ' – ἔλιπον οὐ λιποῦσ'
ἐπ' αἰσχροῖς γάμοις.

Conf. p. 63. Haud dubie etiam huc pertinet paulo ante locus a v. 655. duplicandumque ibi *ἐμὸν* hoc modo:

πόσιν ἐμὸν ἐμὸν ἔχο – μεν ἔχομεν,
ὃν ἔμενον
ἔμενον ἐκ Τροίας πολυετῆ μολεῖν.

Ibid. 776. in his:

τόδ' ἐπὶ τῷδε κακὸν - ἄκρον ἔλακες ἔλακες
ἄχος ἐμοὶ ξένων.

si recte duplicatum a me est ἔλακες. Antistr. 782.

πῶς φῄς; ἄφατον ἄφατόν (τιν') ἀναύδητον
λόγον ἐμοὶ θροεῖς.

Occurrit etiam forma nostra aliquoties paulo post a v. 789.

τὸ δ' ἐμὸν ἄτεκνον, ἄτεκ- νον ἔλαβεν
ἄρα βίο - τον.

ant. 796.

αἰθέρα πρόσσω γαί-ας Ἑλλανίας.

Herc. Fur. 744.

πάλιν ἔμολεν, ὃ πάρος - ὅποτε διὰ φρενῶν
ἤλπισεν παθεῖν γᾶς ἄναξ.

ant. 758.

ἄφρονα λόγον οὐρανί - ων μακάρων κατέβαλ',
ὡς ἄρ' οὐ σθένουσιν θεοί.

In strophico versu legere etiam potes cum Hermanno ἐπήλπισεν pro ἤλπισεν, ut φρενὸς, quae librorum lectio est, retineatur. Ibid. 1057.

ἀπὸ δὲ πατέρα μέλα - θρά τε καταῤῥήξῃ.

Ibid. 1190.

ἐμὸς ἐμὸς ὅδε γόνος - ὁ πολύπονος, ὃς
ἐπί.

et paulo post 1204.

πέπλον ἀπόδικε, ῥέθος - ἀελίῳ δεῖξον.

Ibid. 1212.

βρόμον ἐπὶ φόνιον ἀ - νόσιον ἐξάγῃ.

Electr. 592.

ἄνεχε χέρας, ἄνεχε, - λόγον ἵει λιτάς.

Ibid. 1169.

σχέτλια μὲν ἔπαθες ἀ-νόσια δ' εἰργάσω.

§. 27.

Transimus ad quatuor proximas formas, quae ab longa syllaba incipiunt:

21) – –́ –́ ⏑ ⏑ ⏑
22) – ⏑́⏑ –́ ⏑ ⏑ ⏑
23) – –́ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑
24) – ⏑́⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑

Ex his vicesima prima et vicesima tertia rarioris sunt usus, ac ne unum quidem earum exemplum afferre possum, quod ab omni dubitatione sit remotum. Nam Hercul. Fur. 1026.

ᾠδὰν ἢ τὸν Ἀΐ - δα χορὸν ἰαχήσω.

quis pro certo affirmet, poetam ita scribere maluisse, quam ponere disyllabum ᾍδα. Nec certior est locus Eur. Fragm. Hypsip. V. quod ita distinguo:

εἰς
τὸν λειμῶνα καθί - σας ἔδρεπεν ἕτερον
ἐφ'
ἑτέρῳ αἰρόμενος ἄγρευμ' ἀνθέων
ἡδομένᾳ ψυχᾷ
τὸ νήπιον ἄπληστον ἔχων.

Nam, quamvis medios versus dochmiacos esse nemo non videat, de initio tamen et fine huius fragmenti anceps iudicium est. Initio certe verba εἰς τὸν λειμῶνα καθίσας etiam Plutarchi esse possunt, qui fragmentum servavit, licet aliter sentiat Valckenarius Diatr. p. 212. Tum ita potius legendum putem:

ἔδρεπεν ἕτερον ἐφ' ἑτέρῳ ἀειρόμενος cet.

vid. Varr. lectt. — Non minus vicesimae tertiae formae exempla ambigua sunt, cuius unum

supra habuimus in loco Iphig. Aul. 1289. p. 52.

Ἴδας τ' ὄρεα Πρία-μος ἄθι ποτὲ βρέφος ἀπαλόν.

Sed incertam esse huius loci dispositionem iam significatum est. Exigua etiam auctoritas est loci Ion. 782. ubi, licet facillimum sit scribere

πῶς φῄς; ἄφατον ἄφα - τόν τιν' ἀναύδητον.

et in stropha:

τόδ' ἐπὶ τῷδε κακὸν - ἄκραν ἔλακες, ἔλακες,

coniecturis tamen, ita severus arbiter dicet, et strophae et antistrophae vitium sublatum est. Nam in stropha alterum ἔλακες et in antistropha τιν' libri non habent.

Dicam, quod sentio. Vicesima prima forma, non video, cur minus sit probanda, quum de quintae formae ⏑ ⏒ ⏒ ⏑ ⏑ (cf. §. 10.) probitate nulla sit dubitatio. Eodem modo vicesimam tertiam admittere debebit is, qui quae septimae ⏑ ⏒ ⏒ ⏑ ⏑ ⏑ exempla §. 11. protulimus, pro certis habuerit. Nam, si in aliquot dochmiorum formis admittenda est syllabae finalis solutio, cur in aliis, si modo probae sint, minus admittetur? Quocirca minime de mutanda lectione cogitabo, sicubi nova harum formarum exempla offendero.

§. 28.

Multo certiora habeo exempla vicesimae secundae et vicesimae quartae. Quarum illam ⏑ ⏒ ⏑ ⏒ ⏑ ⏑ ⏑ dat Aeschylus Sept. adv. Theb. 506.

τὸν Διὸς ἀντίτυπον - ἔχοντ'.

stroph. 466.

τάδε μὲν εὐτυχεῖν. *)

Soph. Oed. R. 1344,

τὸν καταρατότατον – ἔτι δὲ καὶ θεοῖς.

ant. 1364.

εἰ δέ τι πρεσβύτερον – ἔτι κακοῦ κακόν.

In antistrophico recte pro *ἔφυ* Hermannus reponit *ἔτι*. Eiusd. Ant. 1319.

ἔκτανον ὦ μέλεος – ἐγώ φαμ' ἔτυμον.

ant. 1341.

μέλεος οὐδ' ἔχω – πρὸς πότερον ἴδω, πᾷ.

Certe in illa Aldi et Cod. Aug. b. lectione, quam etiam Erfurdtius restituit, nihil est, quod reprehendi possit. Cf. §. 21. p. 54. — Eur. Hec. 1065.

αἱματόεν βλέφαρον
ἀκέσαι' ἀκέσαιο cet.

---

*) Hunc locum ita lego:

stroph. *ἐπεύχομαι*
τῷδε μὲν εὐτυχεῖν, ἰὼ,
πρόμαχ' ἐμῶν δόμων, τοῖσι δὲ δυστυχεῖν,
ὡς ὑπέραυχα βάζουσιν ἐπὶ πτόλει
μαινομένᾳ φρενὶ, τώς νιν
Ζεὺς νεμέτωρ ἐπίδοι κοταίνων.

antistr. 506. *πέποιθα δὴ*
τὸν Διὸς ἀντίτυπον ἔχοντ'
ἄφιλον ἐν σάκει τοῦ χθονίου δέμας
δαίμονος, ἐχθρὸν εἴκασμα βροτοῖς τε καὶ
δαροβίοισι θεοῖσιν
πρόσθε πυλᾶν κεφαλὰν ἰάψειν.

In strophae initio possit etiam Aldi lectio *τάδε* defendi. In antistropha secutus sum Robortellum. Diiambo carmen dochmiacum Aeschylus etiam alibi incipit. Versu secundo dochmiis insertus est Iambus. Postremi duo versus uno numerorum vinculo cohaerent.

Ibid. 1468.
χρυσεοσάνδαλον ἴχ - νος ἔφερεν ἔφερεν.
Hippol. 369.
τίς σε παναμέριος - ὅδε χρόνος μένει.
ant. 676.
πάρεδρος ἢ ξυνερ - γὸς ἀδίκων ἔργων.
Ibid. 850.
αἶ αἶ αἶ αἶ μέλεα, - μέλεα τάδε πάθη.

Duae mediae exclamationes corripiuntur, uti saepe, quare non est necesse, ut, quod Brunckius fecit, una earum resecetur. Nec certum est, an *αἶ* ter recte ponatur. Iphig. Aul. 1484.

αἵμασι θύμασί τε
θέσφατ' ἐξαλείψομεν.

ant. 1519.

'Αχαιῶν θέλων
'Ιλίυ πόλιν μολεῖν.

Ibid. 1493.

Χαλκίδος ἀντίπορον - ἵνα cet.

Ibid. 1529.
κλεινότατον ςέφανον - ἀμφὶ κρᾶθ' ἑόν.
stroph. 1496.

ἰὼ γᾶ μῆτερ - ὦ Πελασγία.

Troad. 325.
πάλλε πόδ' αἰθέριον - ἄναγε χορὸν εὐάν.
ant. 308.
ἄνεχε πάρεχε φῶς - φέρε, σέβω, φλέγω.
Bacch. 1160.
εἰς γόον, εἰς δάκρυα - καλὸς ἀγὼν ἐν αἵματι.
Hercul. Fur. 119.
μὴ προκάμητε πόδα - βαρύ τε κῶλον.
stroph. 107.

ὑπώροφα μέλαθρα - καὶ γεραιά.

Ibid. 758.

ἄφρονα λόγον ὀρανί - ων μακάρων κατέ-
βαλ'.

ὡς ἄρ' ὀ.

ant. 744.

πάλιν ἔμολεν, ἃ πάρος οὔποτε διὰ φρενός.

Ibid. 1178.

ὦ τὸν ἐλαιοφόρον - ὄχθον ἔχων (ἄναξ.)

ant. 1180.

ἐπάθομεν πάθεα - μέλεα πρὸς θεῶν.

§. 29.

Vicesima quarta forma – ⏑́ ⏑ –́ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ex-stat Soph. Electr. 1266.

τᾶς πάρος ἔτι χάριτος - οὔ ποτε κατα-
λύσιμον.

stroph. 1246.

ἀνέφελον ἐπέβαλες - εἴ σε cet.

Vid. paulo ante p. 64. seq. Trach. 843.

ἅτι προσέβαλε τάδ' ἀπ' - ἀλλοθρόου γνώ-
μας.

ant. 855.

Ἥρα - κλέα ἀπέμολε πάθος - οἰκτίσαι, ἰὼ
ἰώ.

Cf. §. 10. p. 19. Eur. Orest. 184.

φυλασσομέ-
να σόματος ἀνακέλα - δον ἀπὸ λέχεος ἥ-
συχον.

ant. 205.

ἐννυχί-
οις ἄγαμος ἐπίδ' ἄτεκ - νος ἄτε βίο-
τον ἀ.

si recte sic versus distinguuntur; de qua re infra sermo erit. Phoeniss. 1515.

τοιάδ' ἄχεα φανερὰ – τάλαινα.

ant. 1519.

μονομά-

τορος ἐμοῖς ἄχεσι – συνῳδός.

Iphig. Taur. 828.

τηλύγε-

τον χθονὸς ἀπὸ πατρίδος – Ἀργόθεν,

ὦ φίλος.

ant. 838.

πέρα καὶ λόγυ – πρόσω τάδ' ἀπέβα.

Hercul. Fur. 744. si Hermannus vere correxit:

οὔποτε διὰ φρενὸς ἐπ – ήλπισεν,

ant. 758.

οὐρανί-

ων μακάρων κατέβαλ' – ὡς ἄρ' ὖ.

§. 30.

Quae restant octo dochmiacae formae,

25) ⏑ ⊥ ⊥ – ⏑ ⏑
26) ⏑ ⏑́⏑ ⊥ – ⏑ ⏑
27) ⏑ ⊥ ⏑́⏑ – ⏑ ⏑
28) ⏑ ⏑́⏑ ⏑́⏑ – ⏑ ⏑

29) – ⊥ ⊥ – ⏑ ⏑
30) – ⏑́⏑ ⊥ – ⏑ ⏑
31) – ⊥ ⏑́⏑ – ⏑ ⏑
32) – ⏑́⏑ ⏑́⏑ – ⏑ ⏑

has, quoniam longissime a dochmii pedis elementis recedunt, facilisque earum cum aliis numeris confusio est, vitasse quidem, quantum

fieri posset, et declinasse Tragici videntur, non tamen prorsus eas neglexerunt. A duabus tantum, si recte observavi, quae, integra servata priori, posteriorem arsin solvunt, sensus eorum abhorruit; vicesimam septimam dico ⏑ ⊥ ⏑́⏑ – ⏑ ⏑ et tricesimam primam – ⊥ ⏑́⏑ – ⏑ ⏑. Atque hoc egregie congruit cum iis, quae supra §. 20. de iisdem formis, syllaba finali non soluta, disputavimus. Namque poetae, si undecimam formam ⏑ ⊥ ⏑́⏑ – – et quintam decimam – ⊥ ⏑́⏑ – – repudiarunt, multo minus has sumere potuerunt, quarum etiam maior offensio esse debebat. Quamobrem discedendum mihi est ab Hermanni sententia, qui aliquoties has formas ex coniectura reposuit, ut Hercul. Fur. 1198.

βά-
ρος δ' ἀντίπαλον δακρύ-οισιν ἁμιλλᾶται.

et Phoeniss. 326.

κόμαν, ἄπεπλος φαρέ-ων λευκῶν, τέκνον.

Vid. dissert. de usu antistroph. p. XVI. Neque hunc dochmium puto

Μενέλαος ἀνασχόμε-νος.

quem in eadem dissertatione p. XXIII. a nomine proprio excusationem habere censet. — Ad locos Troad. 250. et Eur. Electr. 724. nemo, opinor, facile provocabit.

§. 31.

Reliquas sex formas, quibus iam illud fidem facit, quod easdem, syllaba finali non soluta, in usu fuisse demonstratum est, his Tragicorum locis invenisse mihi videor. Vicesimam quintam, ⏑ ⊥ ⊥ – ⏑ ⏑, Eur. Iphig. Aul. 1528.

τε λόγχαις Ἑλλάδι-κλεινότατον στέφανον.

str. 1496.

ξενοπόροις ὅρμοις – ἰὼ γᾶ μᾶτερ.

Fortasse etiam post haec ipsa postrema verba pro ὦ scribendum est ἰὼ, unde eadem forma prodit, hoc modo:

ἰὼ γᾶ μᾶτερ ἰ – ὦ Πελασγία.

antistr. 1529.

κλεινότατον στέφανον – ἀμφὶ κρᾶθ' ἑόν.

Certe in antistropha dochmius ante trochaeos in fine solutus est. Certius exemplum occurrit Ion. 717.

λαμπη-

ρὰ πηδᾷ νυκτιπό – λοις ἅμα σὺν Βάκχαις.

stroph. v. 714.

ἔχουσαι σκόπελον – οὐράνιον θ' ἕδραν.

Nec dubito, quin Eur. Iph. Taur. 827. legendum sit:

ἔχω σ' – Ὀρέσταν τηλύγε – τον χθονὸς ἀπὸ πατρίδος.

ant. 838.

ψυχά, – τί φῶ θαυμάτων – πέρα καὶ λόγου.

Vulgo legitur Ὀρέστα. — In Orestis tamen loco 141.

ψοφεῖ-

τε μήδ' ἔστω κτύπος – ἀπόπρο βᾶτ' ἐκεῖσ'.

dubiam esse lectionem infra apparebit. — Cognatae formae vicesimae nonae – ⏑́ ⏑́ – ⏑ ⏑ exemplum exstat Eur. Electr. 480.

κούρα, τοί γάρ σέ ποτ' – οὐρανίδαι πέμψουσι.

Neque enim opus esse arbitror, ut minus poetica forma κόρα reponatur.

§. 32.

Vicesima sexta forma ⏑ ⏑́ –́ – ⏑ ⏑ usus est Aeschylus Sept. ad Theb. 189.

ὅτε τε σύριγγες ἔ – κλαγξαν ἑλίτροχοι.
antistr. 197.
ὅτ' ὀλοᾶς νιφομέ – νας βρόμος ἐν πύλαις.
Eur. Hercul. Fur. 1025.

τε-
κόμενος ὦ δάϊε – λυσσάδι συγκατειρ-
γάσω.

Ibid. 1183.
τεκόμενος δ' ἔκτανε – φοίνιον αἷμα τλάς.

Haec autem forma si iusta censebitur, probanda etiam erit simillima tricesima – ⏑́ ⏑ –́ – ⏑ ⏑, sicubi exempla eius compareant.

Vicesimam octavam ⏑ ⏑́ ⏑ –́ – ⏑ ⏑ invenio Soph. Philoct. 1118.

ὑπὸ χερὸς ἐμᾶς, στυγε – ρὰν ἔχε δύς-
ποτμον.
stroph. 1097.

ἄλ-
λοθεν ἔχει τύχα – τᾶδ' ἀπὸ μείζονος.

Cf. §. 18. p. 48. Eur. Hel. 693.
δι' ἐμὲ κατεδήσατο – δύσγαμον αἰσχύναν.
Hercul. Fur. 758.
ἄφρονα λόγον οὐρανί-ων μακάρων κατέβαλ'.
stroph. 744.
πάλιν ἔμολεν ἃ πάρος – ὅποτε διὰ φρενός.
Ibid. 886.
γένος ἄγονον αὐτίκα – λυσσάδες ὠμοβρῶ-
τες.

ut Hermannus hunc locum correxit. — Ultimae denique formae – ⏑́ ⏑ ⏑́ ⏑ – ⏑ ⏑, cuius cum

hac duodetricesima communis conditio est, exemplum habeo, ex Eur. Iphig. Aul. 1527.

Τροί-
ας ἔδη Ἀγαμέμνονά - τε λόγχαις Ἑλλάδι.
stroph. 1495.
ὄνο-
μα τᾶσδ᾽ Αὐλίδος - ϛενοπόροις ὅρμοις.

Bene me Hermannus monuit, melius videri ἔδε pro ἔδη.

§. 35.

Tanta est exemplorum copia solutae dochmiorum syllabae finalis. Plura subinde apparebunt, quo ulterius in Tragicorum carminibus recte describendis et emendandis Critici progredientur. Quodsi quaeratur, qui factum sit, ut tam insignis locorum vis doctorum oculos effugeret, aut, si minus effugerit, ut ea parum moverentur, equidem, praeterquam quod plerique has metricas subtilitates liberali scilicet ingenio indignas contemnere solebant, duas potissimum res in causa fuisse existimo. Primum enim hoc metri genus, cuius tot tamque specie diversae sunt formae, dici vix potest, quam facile vel attentissimam mentem fallat, praesertim in tam perversa, quam editiones plerumque exhibent, versuum distributione. Ego quidem hoc saepius expertus sum. Multos locos, qui dochmiacos continent, legeram et relegeram, neque tamen veram numerorum naturam intellexeram, quippe qui singulis fere formis, an legitimae essent, diffidebam, idque eo magis, quo difficilius initio, cum de aliis rebus, tum de ipsa syllabae finalis solutione, Hermanno, cuius assensum ubique requirebam, persuadere poteram. Accuratiore de-

mum locorum comparatione factum est, ut paulo latius lux diffunderetur. Enimvero iam, ubi illos locos retracto, tam apertam minimeque dubiam esse numerorum rationem video, ut caecus mihi fuisse videar, qui non primo statim intuitu verum perspexerim. Altera causa, cur illa syllabae finalis solutio doctis fraudem fecerit, in eo posita esse videtur, quod, quum haudraro hiatum et syllabam brevem in fine singulorum dochmiorum animadvertissent, numerorum ibi terminum ponendum esse censuerunt, regulam putantes, quae certa quaedam a regula discessio est. Sed video ad aliam me disputationem delatum.

§. 34.

Discessionem a regula esse diximus; si in medio carmine dochmiaco singuli dochmii in fine hiatum habeant aut syllabam brevem. Namque si verum est, quod modo ostendimus, in continuo systemate dochmiaco singulorum dochmiorum syllabam finalem solvi posse, apparet, eam syllabam natura sua non esse finalem, ut quae anceps sit, neque usquam solutionem patiatur, sed numerorum seriem ulterius decurrere nec dum esse absolutam. Hoc ipsum simul hiatum eo loco suspectum reddit, quem in numerorum continuatione Tragici studiose vitant, nec nisi in quibusdam numeris idque certa lege admittunt. Hos tamen poetas in mediis carminibus dochmiacis saepe singulos dochmios in brevem terminasse, hiatumque eo loco reliquisse, minime negari potest. Eos igitur interdum a canone illo rhythmico deflexisse existimabimus? Profecto ita existimandum esset, si quidem promiscue hoc esset factum, neque ad legem

quandam, qua et hiatuum offensio leniatur, et brevis illa syllaba longae naturam accipiat. At vere talem legem obtinuisse, equidem observasse mihi videor. Comparatio certe exemplorum, quorum partem in Epistola ad Lobeckium exhibuimus, satis docet, Tragicos poetas licentia illa non esse usos, nisi in exclamatione, allocutione, interrogatione. Quoniam enim, ubi exclamamus, (allocutio etiam quodammodo exclamatio est) aut interrogamus, vocem paululum morari orationemque abrumpere solemus, et hiatus aurem fallit, et syllabae brevi longae pondus additur. *)

---

*) Huius licentiae vestigia alii etiam numeri continent. Ita mediis in anapaestis arsis brevem syllabam habet pro longa Eur. Hecub. 82.

ἔςαι τι νέον· ἥξει τι μέλος
γοερὸν γοεραῖς.

Hippol. 1377.

διά τ' εὐνᾶσαι τὸν ἐμὸν βίοτον.
ὦ πατρὸς ἐμῦ δύςανος ἀρά.

Ion. 167. παρά τε πτέρυγας
λίμνας τ' ἐπίβα τᾶς Δηλιάδος,
αἱμάξεις, εἰ μὴ πείσῃ cet.

Huc etiam refero Aeschyl. Sept. ad Theb. 808.

ὦ μεγάλε Ζεῦ καὶ πολιῦχοι
δαίμονες, οἳ δὴ Κάδμυ πύργυς
τύςδε ῥύεσθε,
πότερον χαίρω; cet.

Soph. Antig. 932.

κλαύμαθ' ὑπάρξει βραδυτῆτος ὕπερ.
ΧΟΡ. οἴμοι, θανάτυ τῦτ' ἐγγυτάτω
τοὔπος ἀφῖκται.

ubi simul persona mutatur, ut Oed. Col. 138.

φωνῇ γὰρ ὁρῶ τὸ φατιζόμενον.
ΧΟΡ. ἰὼ, ἰώ. δεινὸς μὲν ὁρᾷν.

et paulo post v. 143.

Ζεῦ ἀλεξῆτορ, τίς ποθ' ὁ πρέσβυς;
ΟΙΔ. οὐ πάνυ μοίρας εὐδαιμονίσαι.

Ceterum haud absonum foret, si duo interdum dochmiacorum systemata poetae coniunxis-

---

Hiatus est Sophocl. Oed. Col. 188.

ἄγε νῦν σύ με, παῖ, ἵν᾽ ἂν εὐσεβίας
ἐπιβαίνοντες, τὸ μὲν εἴπωμεν.

Rhes. 748.

ἔῤῥει ϛρατιά; πέπτωκεν ἄναξ
δολίῳ πληγῇ,
οἵα μ᾽ ὀδύνη τείρει cet.

Aeschyl. Agam. 1530.

ἰὼ γᾶ γᾶ, εἴθ᾽ ἔμ᾽ ἐδέξω.

Fortasse etiam Eur. Med. 140. recte Scaliger emendavit:

οὐκ εἰσὶ δόμοι· φροῦδα τάδ᾽ ἤδη.
ἡ μὲν γὰρ ἔχει λέκτρα τυράννων.

ut ad Glaucam nutrix respiciat. Porsoni certe emendandi ratio non uno nomine displicet. Aristophanes eadem licentia usus est Thesmoph. 782.

ὦ χεῖρες ἐμαὶ,
ἐγχειρεῖν χρῆν ἔργῳ πορίμῳ.
ἄγε δὴ πινάκων ξεστῶν δέλτοι.

Male Brunckius *χρή*. — Mutatio personarum accedit Oed. Col. 170.

θύγατερ, ποῖ τις φροντίδος ἔλθῃ;
ANT. *ὦ πάτερ, ἀϛοῖς ἴσα χρὴ μελετᾶν.*

Ibid. 173. *ψαύω καὶ δή.*
OIΔ. *ὦ ξεῖνοι, μὴ δῆτ᾽ ἀδικηθῶ.*

Conf. etiam Aeschyl. Pers. 921. et Eur. Hippol. 1354. Eur. Electr. 1333.

τάδε λοίσθιά μοι προσφθέγματά σου.
HΛ. *ὦ χαῖρε, πόλις.*

Alcest. 79.

τί σεσίγηται δόμος Ἀδμήτου;
HMIX. *ἀλλ᾽ οὐδὲ φίλων τις πέλας οὐδείς.*

Sed paulo post, v. 104. ne anceps sit ultima in *ἦμαρ*, recte Musgravius Manuscriptorum aliquot et editionis Lasc. auctoritate versus transposuit. Sunt autem ista antistrophica:

Stropha:
HM. α. *καὶ μὴν τόδε δὴ κύριον ἦμαρ.*
HM. β. *καὶ τί τόδ᾽ αὐδᾷς;*
HM. α. *ᾧ χρῆν σφε μολεῖν κατὰ γαίας.*
Mesodus:
HM. β. *ἔθιγες ψυχᾶς, ἔθιγες δὲ φρενῶν.*

sent, qua ratione non erat, cur in eo dochmio, qui prius systema clauderet, syllabae finalis sive

---

Antistropha:

ΧΟΡ. χρὴ τῶν ἀγαθῶν διακναιομένων
πενθεῖν, ὅστις
χρηστὸς ἀπ' ἀρχῆς νενόμισται.

Ad eandem normam etiam vv. 93. sqq. emendandos puto:

Stropha:

ΗΜ. ά. ἡ δὴ φροῦδος νέκυς ἐξ οἴκων,
ὁ γὰρ φθιμένας γ' ἐσιώπων.

Mesodus:

ΗΜ. β'. πόθεν ἂν καυχᾷ; τί σε θαρσύνει;

Antistropha:

ΗΜ. ά. πῶς ἂν ἔρημον τάφον Ἄδμητος
κεδνῆς ἂν ἔπραξε γυναικός;

Cf. Varr. Lectt. — De Hecubae 160.

τίς ἀμύνει μοι; ποία γέννα;
ποία δὲ πόλις;

ambigo adhuc, an cum Porsono legendum censeam γενεά, licet idem Phoeniss. 802. pro γέννα reponendum esse videatur. In eadem Hecuba v. 149.

κήρυσσε θεοὺς τοὺς τ' οὐρανίδας
τοὺς θ' ὑπὸ γαῖαν· ἢ γάρ σε λιταὶ
διακωλύσουσ' ὀρφανὸν εἶναι cet.

dubitare licet, utrum γαῖαν sit contra metrum. Est enim hic quoque allocutio. Certe in Hippol. 197. ὑπὸ γαῖαν ex membr. Brunckius recte restituit, et Iphig. Aul. 1218. Plutarchi lectio ὑπὸ γῆν praestat. Cf. Fragm. Meleagr. XVII. 1. Sed Iphig. Aul. 600. verba ἐπὶ τὴν γαῖαν, ut ex glossa addita, delenda censeo, nec minus paulo ante v. 597. propter pravam caesuram articulum τῶν. Sunt enim isti anapaesti antistrophici. Similiter Andromach. 1226. male librarii addiderunt πρὸς γᾶν, quod etiam hoc loco antistropha ostendit. Versui enim

πανώλεθρόν μ' ὄψεαι πιτνοῦντα.

respondet v. 1213.

διπλῶν τέκνων μ' ἐστέρησε Φοῖβος.

Mirifice placuisse librariis illud nomen videtur, qui etiam Orest. 331. de suo addiderint γᾶς.

Etiam ad iambicos trimetros eius licentiae pars pertinuit. Cf. Lobeck. de usu apostrophi p. 8. seq. Citatis ibi locis addo Soph. Fragm. apud Stobaeum Floril. Tit. VIII. p. 51.

βοᾷ τις, ὦ ἀκούετ', ἢ 'λακτῶ μάτην;

quantitatem sive hiatum curarent; sed quae talis coniunctionis hic illic vestigia detexisse mihi visus fueram, ea postea, diligentius considerata, rursum evanuerunt. Neque ea demonstratio duobus tribusve locis, maxime si aliam explicationem admittant, confici absolvique potest. Hanc enim rationem si semel inire poetis licuisset, hauddubie saepius ea fuissent usi, quum toties offerre sese occasio deberet. De locis Aeschyl. Choeph. 925. 931. et Eur. Phoeniss. 348. qui cummaxime huc pertinere videbantur, quid sentiamus, mox exponetur.

§. 35.

Exempla, ubi propter exclamationem in fine dochmiorum brevis syllaba longae vicem susti-

---

Immo in Glyconeis eiusdem licentiae vestigia comparent. Soph. Philoct. 1127.

τὰν οὐδείς ποτ᾽ ἐβάςασεν.
ὦ τόξον φίλον, ὦ φίλων.

Sed in Oedip. Reg. 1201. pro καλῇ ἐμὸς lego ἐμὸς καλῇ. Item Philoct. 184. videtur aliquo vitio laborare, quum etiam Suidas v. λασίοις pro θηρῶν offerat θηρίων. Obiter moneo, pro λασίοις in Suida reponendum videri λάσιος. Nulla enim causa apparet, cur hunc dativum quam nominativum in glossae fronte collocare maluerit. — Eur. Iph. Taur. 1106.

ὦ πολλαὶ δακρύων λιβάδες,
αἳ παρηΐδας εἰς ἐμὰς cet.

stroph. 1089.

ὄρνις, ἃ παρὰ τὰς πετρίνας
πόντου δειράδας, Ἀλκυών. cet.

E trochaicis hoc unum novi exemplum. Ibid. v. 197.

φόνος ἔπι φόνῳ, ἄχεά τ᾽ ἄχεσιν.

antistropha v. 220.

ἄγαμος, ἄτεκνος, ἄπολις, ἄφιλος.

net, haec sunt. Primum sequente interiectione Aeschyl. Prometh. 575.

ὑπνοδόταν νόμον· ἰὼ ἰὼ πόποι.

antistr. 594.

τί μογερᾷ, τίς ὤν, τίς ἄρα μ' ὦ τάλας.

Eur. Hippol. 364.

ὀλοίμαν ἔγωγε, πρίν σ' ἂν φίλαν
καταν ύσαι φρένα, ἰώ μοι φεῦ φεῦ.

ant. 671.

σφαλεῖσαι κάθαμμα λύσειν λόγων;
ἐτύχομεν δίκας, ἰὼ γᾶ καὶ φῶς. *)

Eur. Hercul. Fur. 885.

τέκν', ἐκπνεύσετε. ἰώ μοι μέλεος.

Hic et in Hippolyti loco cum brevi syllaba etiam hiatus est. Ex parte etiam huc pertinet Sept. ad Theb. 973.

ἰὼ ἰὼ πόνος, ἰὼ ἰὼ κακὰ
δώμασι καὶ χθονί.

Praecipua tamen hic vis esse videtur exclamationis generatim, non interiectionum. Atque omnino de hoc loco expectamus Hermanni curas.

Porro frequenter brevis syllaba admittitur in vocativis, ut Aeschyl. Eum. 144.

---

*) Strophicos versus scripsi, uti eos legendos existimo. Pro σ' ἂν omnes Libri σάν. Illud primus proposuit Musgravius, probaverunt Brunckius et Beckius. Κατανύσαι, quod quatuor ad minimum Codd. cum Ed. Lasc. offerunt, omnes editores neglexerunt, metro adversum καταλῦσαι, quod sic quidem in nullo Codice legitur, praeferentes. Musgravius coniicit καταπλύσαι idque explicat διαφθεῖραι. Mirum, quaesivisse eum, quod in manibus erat. Ipsum κατανύσαι est διαφθεῖραι. Hesychius: κατανῦσαι — καταναλίσκουσι. κατήνυσεν, ἀνάλωσεν. Eandem interdum vim habet ἐξανύειν et simplex ἀνύειν. Apte autem ad Phaedrae morbum verbum illud transfertur, ut Sophocles Trachinn. 985. et Philoct. 745. in simili causa usurpat βρύκειν, quod pariter Scholiastae explicant per ἐσθίειν, ἀναλίσκειν. Infra v. 506. Phaedra de se dicit, εἰς τοῦθ', ὃ φεύγω, νῦν ἀναλωθήσομαι; cf. Androm. 542. — φρένα tres Codd. habent, ceteri φρενῶν.

ἰὼ παῖ Διὸς, ἐπίκλοπος πέλει.

stroph. 138.

ἰὼ, ἰὼ, πόπαξ, ἐπάθομεν, φίλαι.

Soph. Oed. Col. 1480.

ἵλαος ὦ δαῖμον, ἵλαος, εἴ τι γᾷ.

ant. 1494.

Ποσειδανίῳ θεῷ τυγχάνεις.

ubi non est necesse, ut δαίμων scribatur. Aiac. 392.

σκότος ἐμὸν φάος, ἔρεβος ὦ φαεννότατον ὡς ἐμοί.

ant. 411.

πόροι ἁλίρροθοι, πάραλά τ' ἄντρα καὶ νέμος ἐπάκτιον.

Eur. Phoeniss. 181.

χρυ - σεόκυκλον φέγγος,
ὡς - ἀτρεμαῖα κέντρα καί.

Iphig. Aul. 1283.

ἰὼ ἰὼ Φρυγῶν νιφοβόλον νάπος,
Ἴδας τ' ὄρεα cet.

cf. p. 52. coll. 70. Hercul. Fur. 875.

σὸν ἄνθος, πόλις, ὁ Διὸς ἔκγονος.

Eur. Electr. 480.

ἀνδρῶν, Τυνδαρίς, ἀλεχέα κακόφρων.

Si vera Schaeferi emendatio est, de qua diximus §. 9. p. 24.

§. 36.

Alibi imperativis brevis syllaba obscuratur. Aeschyl. Sept. ad Theb. 87.

κακὸν ἀλεύσατε. βοᾷ ὑπὲρ τειχέων.

stroph. 80.

πρόδρομος ἱππότας. αἰθερία κόνις.

Soph. Oed. R. 1341.

ἀπάγετ' ἐκτόπιον ὅτι τάχιστά με,
ἀπάγετ', ὦ φίλοι.

ant. 1360.

νῦν ἄθλιος (l. ἄθεος) μέν εἰμ', ἀνοσίων δὲ παῖς,
ὁμογενὴς δ' ἀφ' ὧν.

Antig. 1323.

ἄγετέ μ' ὅτι τάχος, ἄγετέ μ' ἐκποδών.

ant. 1345.

λέχρια, τἀν χεροῖν, τά τ' ἐπὶ κρατί μοι.

Accedit hic repetitio verborum ἀπάγετε et ἄγετε. Trach. 205.

ἀνολολύξατε, δόμοι, ἐφεστίοις.

qui aperte dimeter dochmiacus est. Possit tamen scribi ἀνολολύξατ' ὦ. Minus etiam offendit brevis syllaba, ubi exclamationem praecedit interrogatio, ut Soph. Antig. 1287.

τίνα θροεῖς λόγον; αἶ αἶ ὀλωλότ' ἄνδρ'.

stroph. 1264.

βλέπον-
τες ἐμφυλίους. ᾤμοι ἐμῶν ἄνολ-
βα.

Eur. Hippol. 572.

τίνα βοᾷς λόγον; ἔννεπε, τίς φοβεῖ.

ant. 585.

σαφὲς δ' οὐκ ἔχω γεγωνεῖν, ὅπα.

§. 37.

Hiatum habent hi loci. Ac primum propter vocativum: Aeschyl. Sept. ad Theb. 93.

μάκαρες εὔεδροι, ἀκμάζει βρετέων ἔχεσθαι.

Orest. 318.

ποτνιάδες θεαὶ, ἀβάκχευτον αἶ.

stroph. 333.

φόνιος ἔρχεται θοάζων σὲ τόν.

Ibid. 1537.

ἰὼ ἰὼ τύχα, ἕτερον εἰς ἀγῶν'.

stroph. 1353.

ἰὼ ἰὼ φίλαι, κτύπον ἐγείρετε.

Eur. Electr. 591.

νίκαν, ὦ φίλα, ἄνεχε χέρας ἄνεχε.

Propter imperativum: Aeschyl. Agamemn. 1117.

ἃ ἃ ἰδοὺ ἰδού. ἄπεχε τῆς βοός.

stroph. 1106.

ἓ ἓ παπαῖ παπαῖ. τί τόδε φαίνεται;

ubi insuper exclamatio antecessit. Pers. 656.

βαλήν, ἴθι, ἵκου, ἔλθ' ἐπ' ἄκρον κόρυμ-βον.

ant. 664.

κλύῃς νέα τ' ἄχη, δέσποτα, δεσπότου.

Eur. Orest. 146.

φίλα φώνει μοι. ΧΟ. ἴδ' ἀτρεμαίαν ὡς.

ant. 159.

φερομένῳ χάριν. ΧΟ. μέλεος ἐχθίστων.

quo loco etiam mutatio personarum accedit. Androm. 842.

ἐκ χερὸς ἠγρεύσω; ἀπόδος, ὦ φίλος, ἀπόδος.

ubi imperativo praemissa est interrogatio. Bacch. 976.

ἔχου-

σι Κάδμου κόραι. ἀνοιστρήσατέ νιν.

ant. 996.

ἄρ-

για ματρός τε σᾶς, μανεῖσα πραπίδι.

Interiectio hiatum excusat: Aeschyl. Sept. adv. Theb. 86.

ἰὼ ἰὼ ἰὼ, ἰὼ ἰὼ θεοι.

stroph. 79.

μεθεῖται ϛρατὸς ϛρατόπεδον λιπών.

Eiusd. 140.

δυςαχθὲς, ποποῖ, ἄφερτον κακόν.

ant. 146.

ἄθεον ἄνδρα καὶ τοκεῦσιν πικρόν.

Eur. Phoeniss. 1295.

πότερον αἱμάξει; ἰώ μοι πόνων.

ant. 1310.

ἐπὶ φρέν' ἠλθέτην, βοᾷ βαρβάρῳ.

Hic simul interrogatio est, ut Soph. Philoct. 176.

πῶς ποτε πῶς

δύςμορος ἀντέχει; ὦ παλάμαι θνατῶν.

ant. 186.

μερι-

μνήματ' ἔχων, βαρεῖα δ' ἀθυρόϛομος.

Similiter Eur. Androm. 860.

τίνος ἀγαλμάτων

ἱκέτις ὁρμάθω; ἢ δούλα δούλοις

γούνασι προςπέσω;

Hercul. Fur. 1052.

κεχυ-

μένος ἐπαντέλλει. οὐκ ἀτρεμαῖα θρῆ-

νον αἰάξετ', ὦ γέροντες;

§. 38.

Consulto aliquot locos praetergressus sum, qui rectius seorsum poni videbantur. Sunt ii Aeschyl. Choeph. 923.

ἔμολε μὲν δίκα Πριαμίδαις χρόνῳ

βαρύδικος ποινά: ἔμολε δ' ἐς δόμον

τὸν Ἀγαμέμνονος
διπλοῦς λέων, διπλοῦς Ἄρης,
ἔλασε δ' ἐς τὸ πᾶν
ὁ Πυθοχρήστας φυγὰς
θεόθεν εὖ φραδαῖσιν ὡρμημένος.
ἐπολολύξατω δεσποσύνων δόμων
ἀναφυγὰς κακῶν cet.

ant. 956.

ἔμολε δ' ᾧ μέλει κρυπταδίου μάχας
δολιόφρων ποινά· ἔθιγε δ' ἐν μάχᾳ
χερὸς ἐτήτυμος
Διὸς κόρα, δίκαν δέ νιν
προσαγορεύομεν
βροτοὶ τυχόντες καλῶς·
ὀλέθριον πνέουσ' ἐπ' ἐχθροῖς κότον,
τάπερ ὁ Λοξίας cet.

Versu 931. θεόθεν εὖ φραδαῖσιν scripsi ex Hermanni emendatione. Hic in fine dochmiorum duos habemus hiatus et unam brevem syllabam, ultimam dico vocabuli ὡρμημένος. De qua brevi syllaba statim exponam. Ac primum plenam interpunctionem ponendam puto post ὡρμημένος, ut Schützius fecit in maiori editione, non post φυγάς. Iam excusari quodammodo possit brevis syllaba propter sequentem imperativum, in initio enunciationis positum, qui, licet tertiae personae imperativus sit, non tamen sine vi quadam poterat efferri. Sed, mea sententia, non ita Aeschylus scripsit. Adiectivum δεσποσύνων multo magis convenit chori allocutioni quam Orestis; quare legendum puto:

ἐπολολύξατ', ὦ, δεσποσύνων δόμων
ἀναφυγὰς κακῶν.

ut ad Chorum oratio vertatur, quem iàm maxime decebat exultare ob prosperum Orestis consiliorum successum. Similiter ὦ insertum Eur. Troad. 335. βοάσατ' εὖ τὸν Ὑμέναιον, ὦ, μακαρίαις ἀοιδαῖς. Phoeniss. 302. ἔβας, ὦ, χρόνῳ γᾶν πατρῴαν. Cf. Soph. Trach. 205.

ἀνολολύξατε, δόμοι, ἐφεστίοις
ἀλαλαγαῖς.

Iam in stropha et antistropha hiatus resident post vocabulum ποινά, nulla aut interrogatione aut, ita quidem videtur, exclamatione sequente. Cuius generis etiam hi sunt: Sophocl. Antig. 1319.

ἐγὼ γάρ σ' ἐγὼ ἔκτανον, ὦ μέλεος.

ant. 1341.

σέ τ' αὐτάν. ᾤμοι μέλεος οὐδ' ἔχω.

Eur. Orest. 339.

κατολοφύρομαι, κατολοφύρομαι,
ὁ μέγας ὄλβος οὐ μόνιμος ἐν βροτοῖς.

stroph. 323.

τινύμεναι δίκαν, τινύμεναι φόνον,
καθικετεύομαι, καθικετεύομαι.

Phoeniss. 346.

ἐγὼ δ' οὔτε σοι πυρὸς ἀνῆψα φῶς
νόμιμον ἐν γάμοις,
ὡς πρέπει ματέρι μακαρίᾳ·
ἀνυμέναια δ' Ἰσμηνὸς ἐκηδεύθη
λουτροφόρου χλιδᾶς· ἀνὰ δὲ Θηβαίαν
πόλιν ἐσιγάθη σᾶς ἔσοδος νύμφας.

Antistropham infra dabimus. Bacch. 1039.

ἔννεπέ μοι, φράσον, τίνι μόρῳ θνήσκει,
ἄδικος ἄδικά τ' ἐκπορίζων ἀνήρ.

stroph. 1035.

εὐάζω ξένα μέλεσι βαρβάροις,
οὐκέτι γὰρ δεσμῶν ὑπὸ φόβῳ πτήσσω.

His locis hoc est commune, quod in unoquoque verba, quae hiatum faciunt, praecipuam vim habent, quod in plerisque ipsa illorum verborum repetitio ostendit, ut in Choëphororum loco ἔμολε - ἔμολε, in Antigona ἐγὼ - ἐγὼ, in Oreste κατολοφύρομαι, κατολοφύρομαι, in Bacchis ἄδικος ἄδικά τε. Strophicae repetitionis imitationem etiam habet secundus Choëphororum locus ἔμολε - ἔθιγε. In Phoenissarum autem loco maxima vis est verbi ἀνυμέναια. Ac quum tria Iocasta incommoda queratur iuncti Polynicis extra patriam matrimonii, hae tres querelae singulae singularum exclamationum sunt instar; ut hic quoque locus communem illam regulam non videatur migrare. Antigonae versus, ut Erfurdtius meus admonuit, legi quidem possit

ἐγὼ γάρ σ' ἐγὼ ᾿κτανον, ἰὼ μέλεος.

Sed, mea sententia, non est necesse, praesertim quum Aeschylus Agam. 1248. in iambis adeo dixerit

ὀτοτοῖ, Λυκεῖ᾿ Ἄπολλον, οἴ ἐγὼ ἐγώ.

Quanta autem repetiti vocabuli apud Graecos libertas fuerit, colligi etiam potest ex his locis. Aeschyl. Agam. 1530. in anapaesto

ἰὼ γᾶ γᾶ, εἴθ' ἔμ' ἐδέξω.

Eur. Orest. 1454. ὀβρίμα ὀβρίμα. Electr. 113. ὦ ἔμβα, ἔμβα. Soph. Ant. 1328. ἴτω, ἴτω. Aeschyl. Agam. 1135.

φεῦ, ταλαίναις φρεσὶν

Ἴτυν Ἴτυν ςένουσ' ἀμφιθαλὴς κακοῖς
ἀηδὼν βίον.

quo loco, non dubito, quin ultima in φρεσὶν longam valuerit. Antistropha certe est:

ὀρθίοις ἐν νόμοις
πόθεν ὅρους ἔχεις θεσπεσίας ὁδοῦ
κακοῤῥήμονας.

Neque enim usquam, quod sciam, ancipiti syllaba cretici a sequenti dochmio separantur. Similis conditio est loci Soph. Electr. 1253.

ὁ πᾶς ἐμοὶ ὁ πᾶς ἂν πρέποι.

item Eur. Hec. 1030.

δίκᾳ καὶ θεοῖσιν οὐ ξυμπιτνεῖ,
ὀλέθριον - ὀλέθριον κακόν.

nam interpositae quoque dochmiis breves syllabae cum his solent cohaerere. Sic etiam facile defendas productionem ultimae vocabuli Ἴτυν Soph. Electr. 148.

ἃ Ἴτυν αἰὲν Ἴτυν ὀλοφύρεται.

quo loco male Brunckius inseruit particulam γε. Illam autem repetitionem, quae in Bacchis est, ἄδικος ἄδικά τε, licet alterum vocabulum paululum mutatum sit, eadem tamen efficacia fuisse, concludo ex Ion. 688.

δειμαίνω συμφορὰν,
ἐφ' ὅ ποτε βάσεται
ἄτοπος, ἄτοπα μὲν παραδίδωσί μοι.

ant. 708.

καὶ θεοῖσιν μὴ τύχοι
καλλίφλογα πέλανον ἐπὶ
πυρὶ καθαγνίσας. τὸ δ' ἐμὸν εἴσεται.

hunc enim medium iambicum cum proximo dochmiaco esse copulandum, ostendit soluta in antistropha iambici syllaba finalis.

§. 39.

Restat, ut corruptos aliquot locos commemoremus, ne iis fortasse aliquis abutatur. Quorum unum alterumque iam emendavimus, ut Eur. Electr. 1159. p. 12. Soph. Ant. 1341. p. 54. Hercul. Fur. 1191. in Epist. ad Lobeck. p. 437. Sept. ad Theb. 212. legendum est:

πολλάκι δ' ἐν κακοῖσι τὸν ἀμήχανον
κἀκ χαλεπᾶς δύας ὕπερθ' ὀμμάτων
κρημναμενᾶν νεφελᾶν ὀρθοῖ.

κἀκ habent Cod. Viteb. et Robortellus; cetera iam ex Marcellino emendavit Hermannus de metris p. 246. In eadem Aeschyli fabula a v. 224. vulgo legitur:

ποταίνιον κλύουσα πάταγον ἅμα
ταρβοσύνῳ φόβῳ τάνδ' ἐς ἀκρόπτολιν
τίμιον ἕδος ἱκόμαν.

quorum strophica haec sunt:

διὰ θεῶν πόλιν νεμόμεθ' ἀδάματον,
δυςμενέων δ' ὄχλον πύργος ἀποςέγει.
τίς τάδε νέμεσις ςυγεῖ;

Hic primum versum habemus bonum dimetrum dochmiacum, sed antistrophici finis claudicat. Ex Hermanno meo, quem consulebam, comperi, codices aliquot habere ἅμμιγα pro ἅμα, alium ἀμέα. Inde coniiciebam

ποταίνιον κλύουσα πάταγον μέγαν.

ut ποταίνιον trisyllabum sit. Vid. Herm. de usu antistroph. p. XII. Sic Soph. Oed. Col. 1462.

μέγας κτύπος. Cf. Lobeck. ad Aiac. 221. Sed fortasse et ἅμα et ἄμμιγα retineri possunt hoc modo:

ποταίνιον κλύυσ' ἄμμιγα πάταγον ἅμα
ταρβοσύνῳ φόβῳ.

Certe trimetrum iambicum hunc versum fuisse, ideo dubitare licet, quod ceterarum strophularum nulla trimetrum habet, sed omnes a dochmiaco numero exeunt, quam legem etiam nostro loco strophicus versus servat. Satis tamen facili mutatione hunc Hermannus in trimetrum redigit:

διαὶ θεῶν πόλιν νεμοίμεθ' ἀδάματον.

Nam quod istas praepositionum formas, διαὶ et ὑπαὶ, apud Tragicos postponi suspicatus fueram ex Aeschyl. Agam. 1125. κακῶν γὰρ διαί, ibid. 1156. πέπληγμαι δ' ὑπαί, (quem verborum ordinem male Schützius invertit) Soph. Electr. 1418. γᾶς ὑπαὶ κείμενοι, Eur. Electr. 1187. σῶν τέκνων ὑπαί, Hermannus me docuit, de forma certe διαὶ secus esse, quam quater Aeschylus ante nomen posuerit, Agam. 457. Stanl. ἀλλοτρίας διαὶ γυναικός. Ibid. 1494. διαὶ Διός. Choëph. 609. διαὶ βίυ. Ibid. 639. διαὶ δίκας. In altero Agamemnonis loco διαὶ etiam libri offerunt, itemque aliquot saltem in altero loco Choëphororum. Reliquis duobus locis διαὶ metrum reposcit. Postea ipsum ὑπαὶ praepositum inveni, Choeph. 934. ὑπαὶ δυοῖν μιασφόροιν. Ceterum Soph. Oed. R. 477. Brunckii et Triclinii ὑπαὶ recte Erfurdtius rursum expulit.

Locus denique Aeschyl. Eum. 271.

σταλαγμὸν χθονὶ ἄφορον, ἐκ δὲ τῦ,

non videtur a corruptela liber esse, quum etiam omnes antiquae editiones habeant χθονιαφόρον. Neque huius loci, quoniam eadem anti-

stropha verba repetit, ad demonstrandum magna vis est. Idem valet de loco Eur. Bacch. 1004.

φανερὰ τῶν ἀεὶ
ἐπὶ τὰ καλὰ βίον seqq.

quem non intelligo. Atque si sanum sit ἀεὶ, sequens versus pro trochaeo possit haberi. — De Soph. Ai. v. 946. vid. Lobeckius.

§. 40.

Hactenus de brevi syllaba et hiatu in dochmiorum fine. Iam absolvamus de alio hiatu, qui in medio dochmio pede solennis est. Tragici enim poetae eum hiatum, quo vox in longam vocalem seu diphthongum desinens voci a vocali incipienti ita praemittitur, ut prior illa longa vocalis seu diphthongus corripiatur, certa sub lege in dochmiacos quoque numeros recepere. Quamobrem, etsi vere Hermannus ad Orpheum p. 720 seq. monuerit, hoc genus, quod heroici versus proprium est, ab Atticis poetis in dactylicis tantum, anapaesticis, choriambicis et Ionicis numeris esse usurpatum, repudiatum in trochaicis, iambicis, creticis, bacchiacis et antispasticis; de antispasticis tamen non simpliciter, sed sub exceptione quadam dictum oportebat. Habent enim hunc hiatum non modo dochmiaci, uti dictum est, verum alii etiam versus, ab antispasto exeuntes. Neque Hermannum meum hoc fugit, ut ex Hec. 676. aliisque locis discere licet. At vero usus eius hic tantum abest, ut tam late pateat, quam in dactylicis numeris, ut angustissimis finibus adstrictus sit, quos nunquam, opinor, excedere potest. Nusquam enim in dochmio, (incertos et corruptos locos nihil moror) hunc, de quo loquimur, hiatum inveni, quin ad priorem antispasti ar-

sin, eamque solutam, pertineret. Atque hac ipsa, quam occupare solet, sede natura eius quodammodo explicatur. Est enim manifesto ad dactylici illius imitationem factus et in antispasticum numerum translatus, ut qui, sicut in dactylicis numeris, hic quoque duas tantum breves syllabas tangat, quae arsin antecedunt. At dices, in dactylo et anapaesto breves syllabae, quae hiatum habent, arsin quidem antecedunt, sed ipsae in thesi sunt, quod secus est in antispasto. Bene quidem; sed ne in anapaesto quidem hoc novum et inauditum est, ut hiatus iste in arsin cadat, veluti in his Eur. Hec. 69.

τί ποτ' ἄρ' αἴρομαι ἔννυχος ὅτω.

ut optime nuper Hermannus correxit de usu antistroph. p. X. Ibid. 125.

τὼ Θησείδα δ', ὄζω 'Αθηνῶν.

Med. 1085.

μῦσα καὶ ἡμῖν ἢ προςομιλεῖ.

Iphig. Aul. 1276.

ὦ τέκνον, ὦ ξέναι, οἳ 'γὼ θανάτυ.

Eur. Electr. 1316.

ἀλλ' ἐγὼ οἴκων ἔξειμι πατρός.

Ibid. 1313.

ὐκ ἔτι σ' ὄψομαι, οὐδ' ἐγὼ εἰς σόν.

Vides, ab natura quidem arseos hiatum istum minime abhorrere. Discrimen eo tantum redit, quod anapaesticam arsin thesis, priorem antispasticam nova arsis sequitur. Sed quum vulgaris dactylicus hiatus arsin antecedat, in antispasto tantum coniunctim fieri videmus, quod in dactylicis numeris sigillatim factum est, neque aliter fieri potuit. Ac, si recte sentio, melius etiam hiatus in arsi collocatur, quam nova arsis sequitur, quam cui thesis subiicitur. Facilius enim

mora, quam hiatus obiicit, vinci videtur, ubi vox ipsa numerorum vi ad arsin fertur, quam ubi ex arsi ad thesin demittitur. Quae fortasse causa fuit, cur multo frequentius Tragici hunc hiatum in antispasto adhiberent, quam in arsi anapaestica.

§. 41.

Cuius dochmiaci hiatus exempla haec in promtu sunt. Atque usitatior est is, qui in priorem solutae arseos syllabam incidit. Aeschyl. Prometh. 575.

ἰὼ ἰὼ ποποῖ.

cf. v. 566. Agam. 1117. Eum. 138. Sept. ad Theb. 86. 973. Eur. Phoeniss. 303. Hippol. 811. Soph. Ai. 900.

ὤ μοι ἐμῶν νόσων.

cf. v. 908. 946. Eur. Hec. 1098. Hippol. 817. Hel. 682. Soph. Antig. 1288.

αἶ αἶ ὀλωλότ' ἄνδρ'.

cf. Soph. Electr. 1404. Eur. Hec. 1088. Sed non tantum exclamandi voces, sed etiam aliae hunc hiatum faciunt. Aeschyl. Sept. ad Theb. 87.

βοᾷ ὑπὲρ τειχέων.

v. 125.

Κάδμει ἐπώνυμον.

Choeph. 814.

τὰ δ' εὖ ἐμὸν ἐμόν.

Eumen. 247.

ὅρα ὅρα μάλ' αὖ.

Suppl. 436.

μένει Ἄρει 'κτίνειν.

si recte §. 7. p. 12. hunc locum emendavimus. Soph. Oed. R. 656.

ἐπεὶ ἄθεος ἄφιλος.

Eiusd. Aiac. 349.

μόνοι ἐμῶν φίλων.

v. 412.

πόροι ἁλίῤῥοθοι.

Eiusd. Trach. 854.

οὔπω ἀγακλειτόν.

Ibid. 855.

Ἡρα-
κλέα ἀπέμολε πάθος.

Eur. Androm. 857.

ὀλεῖ ὀλεῖ με, τᾷδ'.

Eiusd. Bacch. 982.

δρόμῳ ἐς ὄρος ἐς ὄρος.

prouti equidem hunc et Andromachae locum legendum puto. — Sed in alteram quoque solutae arseos syllabam interdum hiatus transfertur, ut Soph. Oed. R. 678.

φαίνεται, ἔνθ' ἔλη - ξεν.

Philoct. 847.

ἐν νόσῳ εὐδρακές.

v. 854.

μάλα τοι ἄπορα πυκι - νοῖς.

v. 1111.

ἀλλ' ἐμοὶ ἄσκοπα.

Electr. 245.

γᾶ τε καὶ οὐδὲν ὤν.

Trachinn. 855.

αἰκτίσαι ἰὼ ἰώ.

Vid. supra §. 10. p. 19. Eur. Hec. 1066.

εἴθε μοι ὀμμάτων.

Fragm. Hypsip.

ἑτέρῳ αἰρόμενος.

vide tamen, quae disputavimus de hoc loco §. 27. p. 69. Incertus Tragicus apud Stobaeum Excerptt. Grot. p. 125.

μέγα καὶ ὄμμα δαιμόνων οἷς τίνουσ'
ἀμοιβὰς κακῶν.

In cuius fragmenti initio, nisi tamen duo in unum Grotius coniunxit, pro κατ' ἀνθρώπους metrum flagitat ἐν ἀνθρώποις vel ἐς ἀνθρώπους. Recte etiam Grotius scripsit ἄγουσ', quod Heerenii causa moneo.

Ceteris dochmii sedibus non memini me hiatum observasse, nisi quem faciunt interiectiones, veluti Eur. Orest. 148.

βοάν — ναὶ οὕτω.

Hercul. Fur. 1061.

εὕδει; — ναὶ εὕδει.

Troad. 311.

ὦ Ὑμεναῖ' ἄναξ.

Sed hoc eodem pertinet, quo ὦ Ἑλένα Hel. 1158. 1175. ὦ Ἡράκλεις, ὦ ἔτος, et alia eiusdemmodi, quae in quibuscunque numeris permittuntur. cf. paulo ante §. 54. p. 82 fin. Nec regulae meae magis officit Soph. Antig. 1276.

φεῦ φεῦ, ὦ πόνοι.

ubi non opus esse puto, ut scribatur ἰώ. Minus etiam tribuam Eur. Orest. 1215. Pors.

ἔβαλον ἔβαλον Ἑλέ — νας ἄμφω ἀνὰ δὲ δρομάδες.

ut Hermannus disponit, de usu antistr. p. XXII. Nam et Codd. ibi variant, nec de ipsa illa dispositione Hermannus mihi persuasit. Cf. de antistrophico, quem Hermannus putat, p. 75.

§. 42.

Haec hiatus consuetudo aliam licentiam in dochmiacos numeros invexit. Tragici enim eo dochmii loco, quo per hiatum longam syllabam diphthongumve corripere consuevissent, similem in mediis quibusdam vocabulis correptionem adhibuere. Inde hi dochmii: Aeschyl. Sept. ad Theb. 114.

Ἀρηΐων ὅπλων.

ut, Hermanno teste, omnes libri habent. Soph. Oed. Col. 1480.

ἵλαος ὦ δαῖμον, ἵλαος εἴ τι γᾷ.

Eiusd. Electr. 1239.

τὰν αἰὲν ἀδμήταν. *)

Eur. Hippol. 879.

οἶ οἷον εἶδον ἐν.

uti legendum hauddubie est. Neque haec correptio primae in *οἷος* eadem est atque illa,

---

*) Nam hic versus, quem poetae editores male tractarunt, mea sententia, non minus dochmiacus est quam sequens. Scribo:

οὐ τὰν Ἄρτεμιν τὰν αἰὲν ἀδμήταν.

Plerique libri et Scholiastes *ἀλλ' ȣ̓ τὰν,* alii *ἀλλ' ȣ̓ μὰ τάν.* Mὰ explicator addidit, ut v. 1063. ubi recte a Brunckio deletum est. Ἀλλ' vero ex hoc ipso versu 1063. *ἀλλ' ȣ̓ τὰν Διὸς ἀστραπὰν,* cuius, quod haud procul abest, librarii adhuc meminissent, in nostrum locum translatum videtur. Antistrophicum sic lego:

τίς ȣ̓̃ν ἀξίαν σοῦ γε πεφηνότος.

ȣ̓̃ν post ȣ̓ν omittit etiam vetus Scholiasta, et *γε* iam aptiorem locum occupat. Expertus hic quoque versus est, quod saepe dimetri dochmiaci, ut, quoniam trimetri jambici speciem aliquam haberet, ad eam normam a librariis mutaretur. Cf. supra p. 13. — Ceterum videndum est, an etiam in anapaesto Oed. Col. 1573.

λόγος αἰὲν ἀνέχει.

cui respondet v. 1562.

ξένον ἐξανύσαι.

prima in *αἰὲν* corripiatur.

quae in Iambicis occurrit, ut Aeschyl. Agam. 1268. In Iambicis enim, si recte memini, ita tantum corripitur, ut ultima longa sequatur, sicut est in ποιεῖν. Idem valet de ποῖος. Vid. Rhes. 702. Rhes. 703.

ὁποῖον εὔχεται.

Ibid. 713.

κρυφαῖος ἐν πέπλοις.

Hercul. Fur. 901.

γεραιὸν ὡς ξένῳ.

Qui numerus augeri fortasse in posterum poterit. Hinc iudicare licet de Porsoni praecepto ad Hec. 79. coll. 63. et Med. 431. quo in dactylicis quoque numeris, ubi media in πατρῷος et γεραιὸς corripienda sit, scriptum vult πάτριος et γραιὸς, quod praeceptum iam impugnavit Hermannus meus ad Hec. p. 77. et 84. Nam, ut taceam de eo, quod etiam ad significationem aliquid interesse videtur inter πάτριος et πατρῷος, cur hunc longae vocalis corripiendae morem, si in dochmiaco numero legitimus est, ex dactylico, unde ipsa eius causa, hiatum dico, depromta est, expellamus? Tum corrigendum etiam erit ξυνίημι Soph. Electr. 131. cuius ibi antepenultima propter dactylicos numeros corripitur. Quin contra ex hoc Tragicorum more quodammodo patescit, quid sit, quod apud ipsum Homerum vocabula, quae, veluti ἵλαος, μεμαὼς, mediam longam habent, eandem interdum corripiant. Quippe non ipsa horum verborum natura, sed dactylici numeri vis vocalem corripiebat. Quamobrem in moderatiori numero trochaico talem correptionem minus feram. Sic in Archilochi Fragmento XX. Iacobs. Anthol. I. p. 44.

Κλῦθ' ἄναξ Ἥφαιστε, καί μοι σύμμαχος γε-
νεμένῳ
Ἵλαος γενοῦ, χαρίζου δ' οἷά περ χαρίζεαι. *)

scribendum putem ἵλεως. Neque in Aeschyli loco Suppl. 386.

μένει τοι Ζηνὸς Ἱκταίου κότος

adducor, ut mediam in Ἱκταίου correptam existimem, praesertim quum neque Ἰκταῖος neque Ἱκεταῖος ullus veterum Grammaticorum agnoscat. Legendum videtur, ut est paulo ante v. 347. Ζηνὸς Ἱκεσίου κότας. — Eodem modo Eurip. Heracl. 995. et Aeschyl. Fragm. Prom. sol. I. 9. p. 643. Stanl. pro δηώσας repono διώσας. **)

---

*) Habet hoc fragmentum similitudinem quandam cum Aeschyl. Choëph. 2.

Σωτὴρ γενοῦ μοι ξύμμαχός τ' αἰτουμένῳ.

**) In Euripidis Hel. 177. videri possit vox παιᾶνας primam corripere. Sed eum locum ita lego:

παρ' ἐμέθεν ὑπὸ μέλαθρα νύχια παιᾶνας
νέκυσιν ὀλομένοις λάβῃ.

et in antistropha;

ὑπὸ δὲ πέτρινα μύχατα γύαλα παιᾶνας,
Πανὸς ἀναβοᾷ γάμους.

Pro παρ' ἐμέθεν vulgo corrupte legitur παρ' ἐμέ θ'. Paulo post etiam mihi in mentem venerat νέκυσι μελομένους, quod Lobeckius proposuit ad Aiac. p. 311. In antistrophico integram vocem παιᾶνας addidi, quae est in strophico. Exciderat illa, opinor, ob sequens Πανός. Παιᾶνας et γάμους faciunt appositionem. Ceterum in eodem carmine a v. 168. ita lego:

Σειρῆνες, εἴθ' ἐμοῖς γόοις
μόλοιτ' ἔχουσαι τὸν Λίβυν
λωτὸν, ἢ σύριγγας αἰλίνοις κακοῖς,

ant. v. 181,

Φοίνικας ἅλιος πέπλους
αὐγαῖσιν ἐν ταῖς χρυσέαις
ἀμφιθάλπουσ' ἔν τε δόνακος ἔρνεσιν.

§. 43.

Transgredimur iam ad aliam disputationem. Creditum enim est a nonnullis, dochmium habere etiam posse duplicem anacrusin, i. e. incipere posse ab anapaesto. Neque abhorret haec res ab aliorum numerorum, veluti iambicorum, consuetudine. Sed ut in dochmio ferenda sit duplex anacrusis, equidem, pariter atque in iambicis numeris est, non nisi in dochmio initiali ferendam existimem. In medio enim dochmiaco carmine facile intelligitur, quantopere aequabilem illa numerorum decursum sit turbatura. At vero duplicis in dochmio anacruseos usum omnino valde adhuc esse dubium, e dubiis, quae in hanc rem afferri possunt, exem-

---

Quarum lectionum pars ex Codd. est. vid. var. Lectt. In fine tantum ex coniectura mutavi haec: *θάλπυσ' ἀμφί τ' ἐν*, — De Soph. Philoct. 1111. *τῶ λώονος* ambigo adhuc, utrum ista verba pro choriambo accipiam, an pro iambica dipodia choriambo antistrophico opposita. Magis tamen inclino ad prius, quod puros tantum iambos choriambis oppositos recordor. — Restat, ut aliquid dicam de voce *ἀέλιος*, quam nisi primam interdum corripere dicas, mutanda est librorum lectio Eur. Med. 1251. Phoeniss. 172. 179. Orest. 1002., mutandus etiam trimeter iambicus Soph. Trach. 855.

πῶς ὅδ' ἂν ἀέλιον ἕτερον ἢ τανῦν ἴδοι.

cui oppositus est v. 825.

δωδέκατος ἄροτος ἀναδοχὰν τελεῖν πόνων.

ubi quidem transponere possis:

πῶς ὅδ' ἂν ἕτερον ἀέλιον ἢ τανῦν ἴδοι.

quo eodem modo in iambico *ἕτερος* ponitur Eur. Orest. 968.

ἕτερα δ' ἕτερος ἀμείβεται.

mutanda denique optimorum librorum lectio in aliquot locis Pindari, quos vid. in Boeckhii Commentt. in Pindari carmina p. XXXI. Qui tamen vir praestantissimus ibi non bene comparat *ἀέλιος* et *ἄεθλον*. Posterius enim primam semper brevem habet. Ac quod ibidem dicit, *ἀλίω nunc omnibus locis scribitur apud Pindarum, ubi prima syllaba non soluta est in duas breves*, locos, ubi hoc Pindarus admiserit, nisi illi ipsi sint, quos statim commemorat, equidem nullos novi.

plis intelligetur. Monendum autem ante omnia est, sicubi versus reperiantur hac mensura,

⏑ ⏑ –́ –́ ⏑ –

qui eandem duplicem anacrusin et in antistropha referant, hos non pro dochmiis esse habendos, sed dochmiorum similes esse. Exemplum offert Soph. Oed. Col. 150.

ἀλαῶν ὀμμάτων.

cui oppositus est hic v. 118.

τίς ἄρ' ἦν, πε̃ ναίει;

Tali certe loco anapaesti usus in initio dochmiorum non magis probari poterit, quam si quis anapaesti usum in fine dochmiorum probare velit illo Aeschyleo versu Suppl. 350.

ἴδε με τὰν ἱκέτιν.

ant. 362.

σὺ δὲ παρ' ὀψιγόνε. *)

---

*) Hoc eodem numero Sophocles Philoct. 679. ita usus est, ut in antistropha priorem arsin in unam syllabam contraheret. Videtur enim iste locus levi tantum emendatione egere:

Ἰξίονα κατ' ἄμπυκα δὴ
δρομάδα δέσμιον ὡς ἔλαβ' ὁ παγκρατὴς Κρόνε παῖς.

Ita libri. Antistropha:

παρ' ᾧ στόνον ἂν ἀντίτυπον
βαρυβρῶτ' ἀποκλαύσειεν αἱματηρόν· ἄδε cet.

Addidi ἂν ante ἀντίτυπον. In βαρυβρῶτ' media producitur. vid. supra p. 22. Prior versus Glyconeus est, alterius integrum metrum hoc:

⏑ –́/⏑⏑ –́ ⏑ ⏑ – –́/⏑⏑ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ – ⏑,

Quod in antistrophico ἄδε in fine versus ponitur, ea re non moveor. Saepe enim numeri interpunctionem parum sequuntur, veluti in Oed. Col. 132 seqq. coll. antistrophicis a v. 164. Aiac. 887. coll. 933. Electr. 498. Aeschyl. Agam. 1109. (1126. Stanl.)

Est enim hic quoque versus non ipse dochmiacus, sed ad dochmiacorum similitudinem factus, neque ei legitimus dochmiacus in antistropha potest opponi. De duplici dochmiorum anacrusi perito rei iudici non aliter persuadebitur, quam si satis certa, neque, ut in tanta dochmiacorum apud Tragicos carminum multitudine, numero nimis pauca, exempla proferantur, ubi dochmii initio iambico anapaesticum in antistropha respondeat. Nihil igitur probant tales loci: Eur. Hippol. 365.

καταλῦσαι φρένα.

de quo loco p. 84. egimus. Alcest. 413.

συνέτλας ὦ πάτερ.

Omisso ὦ dochmius recte habet. Rhes. 131.

τάδε δοκεῖ τάδε με - τατιθέμενός νόει.

Vid. supra p. 61. De Aeschyl. Sept. ad Theb. 102. Eur. Iphig. Taur. 649. Eur. Electr. 1152. Iphig. Aul. 1495. dicetur infra. Quae exempla restant, Aeschyl. Sept. ad Theb. 122.

γενύων ἱππείων.

Soph. Oed. Col. 1464.

διόβολος ἐς δ' ἄκραν.

Antig. 1345.

λέχρια τά τ' ἐν χεροῖν.

Aiac. 356.

ἁλίαν ὃς ἐπέβας.

Eur. Phoeniss. 338.

σκοτία κρύπτεται.

---

coll. 1120. (1137. Stanl.) Choeph. 939. (949. Stanl.) coll. 927. (937. Stanl.), quae exempla iam in memoriam recurrunt. Ipsum ὅδε eodem modo etiam alibi in versus fine collocatum me videre memini, sed locus nunc non praesto est.

Hippol. 584.

ἰακχὰν μὲν κλύω.

Ibid. 821. et 868.

ἀβίωτος βίυ.

Bacch. 996.

ὄρ - για ματρός τε σᾶς.

Herc. Fur. 878.

μανίαισιν Λύσσας.

Eur. Electr. 1156.

μελέαν ἃ πόσιν.

Ibid. 1152.

σχετλία, τί με, γύναι.

haec quidem omnia excusationem habere possint contractione vocalium υω, ιο, ια, ιω, ιαι, εα, de qua contractione seorsum disputabimus, non tamen omnia sana esse arbitror. Dubius est Aeschyli locus, quod in illo versu aliquid excidit. Etiam de Sophoclis loco ex Oedipo Coloneo dubitationes quaedam moveri possunt. Illud quidem certum est, si in stropha et in antistropha genuinam lectionem libri asservarunt, vocabulum διόβολος contrahi in tres syllabas, et versum antecedentem,

κτύπος ἄφατος ὅδε.

(ita enim libri habent), cui respondet v. 1448.

βαρύποτμα κακὰ,

esse anapaesticum, qualis etiam paulo post 1562. dochmios disiungit. Quod productam penultimam attinet in βαρύποτμος, producitur ea etiam in Philoct. 1081. Sic etiam ἄποτμος Eur. Alcest. 116. *) πότμος Soph. Ant. 1296.

---

*) Male hoc loco versus disponuntur. Mutatione nihil opus. Distinguo:

Eur. Orest. 190. Sed scrupulum iniicit brevis ultima in utroque versu, et quod in antistropha numerus dochmiacus potest continuari:

ἴδε μάλα — μέγας ἐρείπεται
κτύπος ἄφατος, ὅδε διόβολος, ἐς δ'
ἄκραν.

Cf. p. 61. Quare vereor, ne aliquid in stropha exciderit. Fortasse, quod etiam Hermannus censet, bis Sophocles posuit *κακὰ* sive *τάδε*, hoc modo:

νέα τάδε — νεόθεν ἦλθ' ἐμοὶ
κακὰ, βαρύποτμα κακὰ, παρ' ἀλαῦ
*ξένυ. *)*

Ita quidem *βαρύποτμος* nullam non corripiet. — Antigonae locum quam facili mutatione Brunckius et Aiacis versum Hermannus corrigat, vidimus supra p. 15. In Phoeniss. 538. idem

---

ψυχάν. μόρος γὰρ
ἄποτμος πλάθει.
θεῶν δ', ἐπ' ἐσχάραις,

antistropha:

πρὶν αὐτὸν εἷλε
διόβολον πλᾶκτρον
πυρὸς κεραυνίυ.

Alter, qui primo adhaeret, dochmius est. Nam hic certe non opus est, ut *διόβολον* pro trisyllabo habeatur.

*) In contrarium modum male haec vox apud Brunckium repetitur Oed. R. 1330. Scribendum est, ut Aldus habet et plerique Codd.:

ὁ κακὰ τελῶν ἐμὰ τάδ' ἐμὰ πάθεα,

ant. 1350.

νομάδος ἐπιποδίας μ' ἀπό τε φόνυ.

eiecta glossa *ἔλυσε*, quae abest a Cod. Dresd. a, ut monitum a me est in censura Oedipi regis ab Erfurdtio editi in Ephem. litt. Lips. anni 1810. p. 506.

Hermannus reponit σκότια, quam emendationem antistropha videtur confirmare. Hippolyti loco 584. eiicere μὲν non ausim. Ceteris Hippolyti locis fortasse restituenda est forma ἀβίοτος, quam infra probare studebimus. Hercul. Fur. 878. Hermannus legit μανιάσιν; fortasse vere. In priori Electrae loco posset quidem μελέαν mutari in μέλεον, quod pertineret ad proximum accusativum πόσιν. Sed plane eodem modo μέλεος Euripides posuit in Ione v. 702. — Alter tamen Electrae locus requirere mihi videtur neutrum ὦ σχέτλια, ut Soph. Ai. 888. ad quem versum postea revertemur.

§. 44.

Haec de formis dochmiacis, quaeque ad hanc materiam proxime pertinent, nunc quidem dicenda habui. Quae formae promiscue inter se coniunguntur; nec certas dum eius coniunctionis regulas equidem potui observare. Amant tantum Tragici eas formas consociare, quae similitudinem quandam inter se habeant. Unde magnum saepius earum numerum coacervatum videas, quae maximam partem ex brevibus syllabis constant, nec facile fit, ut formae, quae non nisi breves syllabas habeat, alia subiiciatur, quae tota ex longis composita sit, et contra. Cetera poetarum sensui et iudicio relinquenda potius esse videntur, quam ad certas et definitas regulas revocanda. Si quis tamen de una alterave forma ambigat, an hanc vel illam aut antecedere aut subsequi possit, is inspectis formarum, quae supra enumeravimus, exemplis saepissime, quod quaerit, inveniet. De antistrophica autem responsione quo facilius iudicari possit, singulis exemplis antistropham suam,

quae quidem certior nobis esse videretur, adscripsimus. In universum observare licet, Aeschylum et Sophoclem, si maior locorum numerus spectetur, eandem, qua in stropha usi sunt, maxime si insolentior sit, in antistropha formam reducere; Euripidem vero, ut in aliis, ita hac quoque in re se paulo gessisse liberiorem. Sed neque illi aequalem ubique curam et diligentiam adhibuere, neque hic semper eius sollertiae contemtor fuit. Quocirca cavendum est, ne, syllabarum responsionem nimis sectando, in angustiores, quam par est, limites priscos poetas compellamus. Idque eo magis, quum raro locus tam sit molestus et tractatu difficilis, quin aliquam, audaci maxime calamo, aut demendi aliquid aut adiiciendi viam relinquat. Operae tamen pretium fuerit, in illius Tragicorum inconstantiae causas diligentius inquirere. Nam in sola aut Tragoediarum aut temporis, quo docebantur, diversitate non videntur fuisse positae. Ut aliunde exemplum petam, qui fit, ut in Euripidis Phoenissis a v. 791. satis longum dactylicum carmen accuratissimam ab initio ad finem syllabarum responsionem praeferat, quum, ut nihil dicam de aliis Euripideis fabulis, in eodem dramate a v. 1493. multo negligentius dactylos et spondeos poeta miscuerit, neque omnino in Phoenissis nimium syllabarum studium appareat. Similis inconstantiae exempla aliquot etiam Aeschylus et Sophocles habent. Sed haec aliis investiganda relinquimus, nostram de dochmiacis versibus disputationem persecuturi.

§. 45.

Dicendum enim iam est de coniunctione dochmiacorum cum aliis numeris. Nam rarissime dochmiaca carmina inveniuntur, quae nonnisi dochmios complectantur: sed pleraque alius etiam generis numeros immixtos habent. Quorum numerorum duplex est genus. Partim enim ipsi per se integros versus efficiunt, a dochmiis, qui aut praecedunt aut sequuntur, plane separatos, partim his ita annectuntur, ut uno rhythmico ambitu, sive, si ita dicere placet, uno versu utrique contineantur nec voce divelli queant. Prius genus quod attinet, facile intelligitur, hoc penitus a poetarum arbitrio pependisse, quosnam quoque loco versus dochmiacis intersererent, nec certam in ea re esse posse regulam. Ac si rem proprie spectes, haec disputatio a nostro consilio est aliena. Tamen etiam de hoc genere, si quid scitu necessarium aut saltem utile videbitur, breviter attingemus. De altero vero genere hic necessario agi debet. Nam multis de causis et maxime quod dochmius anacrusin in fronte habet, interest scire, quomodo istam dochmiacorum cum aliis numeris copulationem Tragici instituerint. Est autem hic disputationis meae locus perquam difficilis et lubricus hic illic, habetque nonnulla, quae neque nunc, neque, ut auguror, unquam ad liquidum poterunt perduci. Proinde non mirabuntur periti, si de quibusdam locis dubitanter locutus sum, nec, sicubi a vero aberravero, nimis culpabunt: multo minus ipse mirabor, si aliorum sententiae a mea discrepabunt. Verum facti periculi haud poenitebit, si paucis, qui liberali bonas litteras amore amplectuntur, quique has res diligentiori examine dignas censent, operam

nostram vel ex parte approbare licebit. Nec poteram ego hac disputatione supersedere. Nam etiamsi, quae quoque loco continua numerorum serie comprehenderentur, indicassem, sive in unum versum illa coniunxissem, ea ratione metricae studium parum eram promoturus, nisi indicatis simul compositi numeri partibus, ut, quae syllaba anceps esset, ubi vocem tollere, ubi demittere oporteret, satis intelligeretur. Interior igitur numerorum natura indaganda et explananda erat. In quo negotio, post primarias distributionis regulas, quas p. 7. seqq. proposuimus, hanc potissimum nobis legem scripsimus, ut summam, quam fieri posset, numerorum aequalitatem simplicitatemque nancisceremur. Idcirco, sicubi peregrini dochmiis admixti numeri ad unum genus revocari poterant, id plerumque apud me plus valuit, quam verborum terminationes interpunctionesque, aliam fortasse dispositionem commendantes. Etenim plurimis iisque certissimis argumentis doceri potest, in mediis antistrophicis systematibus parum poetas curasse, ut eodem strophae et antistrophae loco verborum sententiarumve termini collocarentur. Ac si multis locis verborum sententiarumque fines congruunt, id plerumque casui tribuendum videtur, nisi fortasse musica hoc interdum suadebat, vel actoris commodum, cuius memoriam sublevatam vellent. Eo certe illud refero, quod non minus saepe singula quaedam strophae vocabula iisdem antistrophae locis reducuntur. Nam poeticam quidem venustatem tales repetitiones carminibus vix potuerunt addere.

§. 46.

Enumeramus igitur numeros, qui communi vinculo cum dochmiacis continentur. Atque hi numeri dochmiis aut praemittuntur, aut mediis inseruntur, aut denique in fine adiiciuntur. Sunt autem quatuor potissimum huius vinculi indicia; primum, si coniunctorum numerorum prior longam finalem solutam habet in duas breves, veluti in his Eur. Hercul. Fur. 107.

ὑπώροφα μέλαθρα – καὶ γεραιὰ cet.

ant. 119.

μὴ προκάμητε πόδα – βαρύ τε κῶλον.

alterum, si mutatio numeri in medium vocabulum incidit, ut Agam. 1099.

ἰὼ τάλαι – να τόδε γὰρ τελεῖς.

stroph. 1092.

ἰὼ ποποῖ, – τί ποτε μήδεται.

tertium, si eo loco, quo numerus in alium transit, apostrophus est, ut Soph. Ant. 1263.

στερεὰ, θανατόεντ' – ὦ κτανόντας τε καί.

quartum denique, si nusquam neque anceps syllaba neque hiatus conspicitur. Postremum hoc, secus ac reliqua tria, in antistrophicis ad stropham non minus quam ad antistropham pertinere in aperto est. Horum indiciorum duo priora fallere nunquam possunt, posteriora duo aliquanto minus certa sunt. Nam tertium quidem quod attinet, satis constat, veteres poetas interdum, licet rarissime, etiam disiunctos numeros, veluti trimetros Iambicos versusque heroicos, per apostrophum copulasse. Minimum ei apostropho tribuendum est, qua vocalis in particulis δὲ et τε abiicitur. Videtur tamen huic indicio obtemperandum esse, quotiescunque non

gravius quoddam momentum reluctatur. Maiorem etiam cautionem quartum indicium requirit. Nam in separatis quoque numeris ancipitis syllabae libertate poetae saepe non utuntur. Unde etiam in antistrophicis summa interdum utrobique syllabarum aequalitas fortuita esse potest. Usum tamen hoc indicium habet tum, si in numeris est, qui alibi plerumque cum dochmiacis consociantur, aut si per particulas encliticas, sive tales, quae ab encliticarum natura haud multum absunt, veluti ἂν, μὲν, γάρ cet. uterque numerus cohaeret. His enim locis, ut certum non sit, tamen longe est verisimillimum, numeros poetam voluisse coniungi. Hac igitur lege hoc quoque indicium a nobis adhibitum est.

§. 47.

Multo autem magis in hac causa debet adverti, quinam numeri dochmios antecedant, quam qui sequantur. Nam quum dochmius in arsin desinat, apparet, pari iure et novam arsin et thesin subiici posse. Initium vero dochmii, quoniam anacrusin habet, rectius arsis videtur antecedere, quam thesis. Quae quum ita sint, eam disputationem, quae numeros persequitur mediis dochmiis insertos, statim cum illa coniungendam duximus, qua de iis numeris agitur, qui dochmios antecedunt. Nam qui mediis dochmiis numeri inseruntur, hi dochmios non magis sequuntur, quam antecedunt. Utrosque igitur eodem numero habemus. Atque illa ipsa, quam diximus, arseos et theseos diversitas ordinem, quo disputatio procedat, praescribit. Primo enim loco de iis numeris sermo erit, qui cum dochmiis ita copulantur, ut dochmiacam

anacrusin proxime praegrediatur arsis: deinde ii sequentur, qui ante illam anacrusin in thesin exeunt.

§. 48.

Prius igitur genus quod attinet, ex trochaicis numeris cum dochmiis Tragici coniunxere ipsos trochaeos. Eur. Orest. 140.

σῖγα σῖγα λεπ - τὸν ἴχνος ἀρβύλης.

ant. 153.

πῶς ἔχει λόγε· - μετάδος ὦ φίλα.

Hec. 689.

ἐδέποτ' ἀδάκρυτον ἀςένακτον ἦ-
μαρ ἔμ' ἐπισχήσει.

ant. 705.

ἂν ἐσεῖδον ἀμφί σε, τέκνον, ἐκέτ' ὄν-
τα Διὸς ἐν φάει.

Alcest. 394.

ἰώ μοι τύχας,
μαῖα δὴ κάτω βέβηκεν, ἐκέτ' ἐςὶν, ὦ
πάτερ ὑφ' ἁλίῳ.

ant. 407.

νέος ἐγώ, πάτερ,
λείπομαι φίλας μονόςολός τε ματρός, ὦ
σχέτλια δὴ παθών.

In Aeschyl. Sept. ad Theb. 104.

θεοὶ πολισσᾶχοι χθονὸς,
ἴτ' ἴτε πάντες, ἴδεθ'. cet.

ant. 108.

κῦμα γὰρ περὶ πτόλιν
δοχμολοφᾶν ἀνδρῶν.

dubitari potest, an numeri continuentur. Certe

continuationi non obstat brevis ultima in χθο-νὸς, quum duplex imperativus sequatur. Cf. p. 79 seqq. coll. p. 91 seq.

§. 49.

Multo frequentior hic usus Iamborum est. Unum iambum dochmii comitem habent Aeschyl. Sept. ad Theb. 93.

ἰὼ – μάκαρες εὔεδροι.

Soph. Aiac. 394.

ἰὼ – σκότος ἐμὸν φάος.

ant. 412.

ἰὼ – πόροι ἀλίῤῥοθοι.

Trach. 1016.

μολὼν – τοῦ ξυγεροῦ, φεῦ φεῦ.

Cuius loco infra mentio fiet. Iph. Taur. 827.

ἔχω σ' – Ὀρέσταν τηλύγε – τον.

ant. 838.

ψυχά, – τί φῶ θαυμάτων.

Ubi post iambum primitiva dochmii forma in antistropha quoque servatur, versus etiam possit haberi pro dimetro Cretico cum iambica anacrusi sive pro diiambo, adiecto Cretico, veluti in his: Aeschyl. Sept. ad Theb. 151.

ἰὼ παναλκεῖς θεοί.

ant. 159.

ἰὼ φίλοι δαίμονες.

Choeph. 93.

ὁ πυθοχρήστας φυγάς.

ant. 941.

βροτοὶ τυχόντες καλῶς.

Soph. Aiac. 348.

ἰὼ φίλοι ναυβάται.

ant. 356.

ἰὼ γένος ναΐας.

Eur. Iph. Aul. 1475.

ἄγετέ με τὰν Ἰλίȣ.

ant. 1510.

ἴδεσθε τὰν Ἰλίȣ.

Sed utcunque haec accipiantur, accentus rhythmici locum non mutant. Mihi tamen praeplacet, alteram versus partem dochmium dici, partim, quo simplicior sit numerorum compositio, partim, quod interdum finis huius versus cum proximo dochmio cohaeret, ut Soph. Antig. 1284.

ἰὼ ἰὼ δυςκάθαρτος Ἅιδȣ λιμήν.

stroph. 1261.

ἰὼ φρενῶν δυςφρόνων ἁμαρτήματα.

Eur. Suppl. 1071.

ἰὼ γύναι, δεινὸν ἔργον ἐξειργάσω. *)

Aeschyl. Sept. ad Theb. 466.

τάδε μὲν εὐτυχεῖν - ἰὼ - πρόμαχ' ἐμῶν δόμων.

ant. 506.

τὸν Διὸς ἀντίτυπον - ἔχοντ' - ἄφιλον ἐν σάκει.

---

*) Videtur etiam huc pertinere Eur. Bacch. 1154. qui locus fortasse antistrophicus fuit hoc modo:

stroph. *ἰὼ ἀναχορεύσωμεν,*
Βακχεῖον ἀναβοάσωμεν, ἰὼ, ξυμφορὰν
τὰν τȣ̃ δράκοντος ἐκγενέτα τȣ̃ Πενθέως.

antistr.
ὃς τὰν θηλυγενῆ ϛολὰν
νάρθηκά τε, πικρὸν Ἄϊδαν, ἔλαβεν εὔθυρσον,
ταῦρον προηγητῆρα ξυμφορᾶς ἔχων.

In stropha addidi exclamationes *ἰὼ*, quae quoties exciderint, neminem Criticorum fugit; in antistropha *πιϛὸν*, quod sensu caret, mutavi in *πικρὸν*, ex quo illud eo facilius poterat oriri, quod syllaba *ις* saepe cum littera *κ* confusa est. Vid. Bast. ad Gregor. Cor. p. 167. 244. 720.

Eur. Orest. 1362.
διὰ δίκας ἔβα - θεῶν - νέμεσις ἐς Ἑλέναν.
ant. 1545.
τέλος ἔχει δαίμων - βροτοῖς, - τέλος ὅπα θέλει.

Eodem modo, ac crebrius etiam, utuntur diiambo. Aeschyl. Sept. ad Theb. 466.
ἐπεύχομαι - τάδε μὲν εὐτυχεῖν.
ant. 506.
πέποιθα δὴ - τὸν Διὸς ἀντίτυπον.
Agam. 1092.
Ἰὼ πόποι, - τί ποτε μήδεται.
ant. 1099.
Ἰὼ τάλαι - να, τόδε γὰρ τελεῖς.
Ibid. 1109.
φόνου· στάσις δ' - ἀκορέτῳ γένει.
ant. 1120.
τύπτει, πιτνεῖ δ' - ἐν ἐνύδρῳ τεύχει.
Suppl. 348.
παλαίχθονος - τέκος, κλῦθί μου.
ant. 360.
ἴδοιτο δῆτ' - ἄνατον φυγάν.
Ibid. 371.
σύ τοι, πόλις, - σὺ δὲ τὸ δήμιον.
ant. 382.
τὸν ὑψόθεν - σκοπὸν ἐπισκόπει.
Soph. Oed. Reg. 1313.
ἰὼ σκότου - νέφος ἐμὸν ἀπότροπον.
ant. 1321.
ἰὼ φίλος - σὺ μὲν ἐμὸς ἐπίπολος.
Oed. Col. 833.
ἰὼ πόλις - τί δρᾷς, ὦ ξέν'; οὐκ.
ant. 876.
ἰὼ τάλας - ὅσον λῆμ' ἔχων.
Electr. 1232.
ἰὼ γοναί, γοναὶ σωμάτων.

ant. 1253.

ὁ πᾶς ἐμοὶ – ὁ πᾶς ἂν πρέποι.

Hiatus verborum repetitione excusatur. vid. supra p. 91. seq. Ant. 1306.

αἶ αἶ αἶ αἶ, – ἀνέπταν φόβῳ.

ant. 1328.

ἴτω ἴτω – φανήτω μόρων.

Philoct. 400.

ἰὼ μάκαι – ρα ταυροκτόνων.

ant. 516.

ἐπ' εὐστόλου – ταχείας νεὼς.

Haec cum dochmiacis antecedentibus non cohaerent. Eur. Phoeniss. 128.

ὡς γαῦρος, ὡς – φοβερὸς εἰσιδεῖν.

Quae antecedunt exclamationes, videntur extra versum esse. Hippol. 866.

φεῦ φεῦ· τόδ' αὖ – νεοχμὸν ἐκδοχαῖς.

Eur. Suppl. 1077.

ἰὼ τάλας – μετέλαχες τύχας.

Iphig. Aul. 1488.

δάκρυά γέ σοι – δώσομεν ἁμέτερα,

ant. 1522.

κλῄσωμεν Ἄρ – τεμιν θεῶν ἄνασ – σαν.

Troad. 315,

ἐπεὶ σὺ, μᾶ – τερ ἐπὶ δάκρυσι καί.

ant. 332.

χόρευε μᾶ – τερ, ἄναγε πόδα σόν.

Alterum enim χόρευε delendum censeo. Huc etiam refero Aeschyl. Sept. ad Theb. 140.

Ἄρτεμι φίλα, – δοριτίνακτος δ' αἰ – θήρ.

ant. 147.

ἐκ δὲ Διόθεν – πολεμόκραντον ἁγ – νόν.

Sed corruptus est locus Aeschyl. Choeph. 780. (784. Stanl.) et 786. (795. Stanl.) Aeschyl. Suppl. 738.

παροίχομαι – πάτερ δείματι.

ant. 745.

πόλει μελαγ - χίμῳ ξὺν ςρατῷ.

Eum. 166.

παλαιγενεῖς - δὲ Μοίρας φθίσας.

ant. 171.

μιάςορ' ἐ - ςὶν οὐ πάσεται.

Eur. Hercul. Fur. 737.

ἰὼ ἰὼ - δίκα καὶ θεῶν παλίῤῥους πότμος.

ant. 752.

βοᾷ βοᾷ - ςενάζων ἄναξ φόνου φροίμιον.

Sic enim equidem legere malim. His tribus locis, ut supra Soph. Philoct. 400. etiam dochmiaci antecedunt, sed, ut videtur, ab his separati. — Ceterum etiam hic nihil magnopere interest, si quis, ubi purus dochmius diiambum sequitur, ut postremis locis et supra Aeschyl. Suppl. 348. coll. 360. Soph. Philoct. 400. coll. 516. si quis, inquam, eos versus ex tribus iambis et Cretico compositos dicere malit. Equidem maiori exemplorum numero obsequens omnes pariter constare puto ex diiambo et dochmio. Quam sententiam confirmat quodammodo Oed. Col. 833. coll. 876. ubi diiambus alius personae est, quamquam purus dochmius sequatur.

§. 50.

Tres et plures iambos hoc modo dochmiis adiunctos invenies Eur. Ion. 688.

ἐφ' ὅ ποτε βάσεται - ἄτοπος ἄτοπα μέν.

ant. 707.

καλλίφλογα πέλανον ἐπὶ - πυρὶ καθαγνίσας.

cf. supra p. 92. seq. cui simillimus est Hel. 634.

ἔλαβον ἀσμένα πόσιν ἐμὸν, φίλαι,

περιπετάσασα χέρα
φίλιον ἐν μακρᾷ φλογὶ φαεσφόρῳ.

Ita enim distinguendi numeri sunt. Aeschyl. Agam. 1155.

νεογνὸς ἀνθρώπων μάθοι.
πέπληγμαι δ' ὑπαὶ δήγματι φοινίῳ.

ant. 1166.

καὶ τίς σε κακοφρονῶν τίθη-
σι δαίμων ὑπερβαρὴς ἐμπιτνῶν,

Ita vere, opinor, Hermannus locum correxit, Eur. Orest. 182.

ςόματος ἀνακέλαδον ἀπὸ λέχεος ἥ-
συχον ὕπνυ χάριν.

ant. 205.

ἄγαμος, ἔπιδ' ἄτεκνος, ἅτε βίοτον ἁ
μέλεος εἰς τὸν αἰὲν etc.

si tamen haec vera dispositio est, de qua plura infra. — Heracl. 82.

ξύνοικον ἦλθες λαὸν ἢ πέρα-
θεν ἁλίῳ πλάτᾳ.

ant. 102.

καὶ μὴ βιαίῳ χειρὶ δαιμόνων
ἀπολιπεῖν σ' ἕδη.

Hoc modo nihil mutari necesse est praeter *ἀπολείπειν*, ex quo feci *ἀπολιπεῖν*. Hercul. Fur. 910.

ἄλαςα τὰν δόμοισι μάντιν ἐχ
ἕτερον ἄξομαι.

In Eur. Phoeniss. 310. systema iambicum, quod recte Hermannus observavit de usu antistroph. p. XV. terminatur versu dochmiaco:

βοὰν ἔσω δόμων κλύουσα τῶνδε γή-
ρα τρομεράν ἕλκω παιδὶ ποδὸς βάσιν.

Idem factum paulo post v. 345. ubi recte dochmius *ἐπακτὰν ἄταν* in iambici systematis fine ante Porsonum legebatur. — Logaoedicus denique dochmium antecedit Eur. Orest. 1246.

Μυκηνίδες, ὦ φίλαι, τὰ πρῶτα κατὰ
Πελασ-
γὸν ἕδος Ἀργείων.

ant. 1266.

ἑλίσσετε νῦν βλέφαρα κόραισι, δίδο-
τε πάν-
τα διὰ βοστρύχων.

Separari a dochmiis iambicus potest Aeschyl. Choeph. 927.

ἔμολε δ' ἐς δόμον τὸν Ἀγαμέμνονος
διπλοῦς λέων, διπλοῦς Ἄρης.
ἔλασε δ' ἐς τὸ πᾶν.

ant. 938.

ἔθιγε δ' ἐν μάχᾳ χερὸς ἐτήτυμος
Διὸς κόρα· Δίκαν δέ νιν
προσαγορεύομεν.

Ibid. 933.

καὶ κτεάνων τριβᾶς
ὑπαὶ δυοῖν μιαστόροιν
δυσοίμου τύχας.

Eum. 764.

ἰὼ θεοὶ νεώτεροι,
παλαιοὺς νόμους.

Necessario propter hiatum seu ancipitem syllabam disiungendus est Aeschyl. Choeph. 151.

ἀπότροπον ἄχος ἀπεύχετον
κεχυμένων χοᾶν.

ant. 159.

τά τ' ἐν χεροῖν παλίντονα
ἐν ἔργῳ βέλη.

Eur. Hec. 684.

ὦ τέκνον, ὦ τέκνον,
αἶ αἶ κατάρχομαι νόμον
Βακχεῖον ἐξ ἀλάςορος
ἀρτιμαθὴς κακῶν.

Item Eur. Ion. 685.

γυναικῶν τίνος;
οὐ γάρ με σαίνει θέσφατα,
μή τιν' ἔχῃ δόλον.

ant. 703.

ἔσωσεν τύχας.
ὄλοιτ' ὄλοιθ' ὁ πότνιαν
ἐξαπαφὼν ἐμάν.

et aliis locis pluribus.

§. 51.

Imprimis Creticos dochmiis et praeponere et interserere Tragici amant. Eur. Ion. 764.

συμφορᾶς – ἔλαβον, ἔπαθον ἄχος,

Hercul. Fur. 894.

δάϊον – μέλος ἐπαυλεῖται.

ant. 915.

δάϊοι – δὲ τοκέων χεῖρες.

Aeschyl. Prom. 575.

ὑπὸ δὲ κηρόπλαςος ὀτοβεῖ δόναξ
ἀχέτας – ὑπνοδόταν νόμον.

ant. 593.

πόθεν ἐμοῦ σὺ πατρὸς ὄνομ' ἀπύεις,
εἰπ' ἐμοὶ – τᾷ μογερᾷ τίς ὤν.

Ibid. 582.

πυρὶ φλέξον ἢ χθονὶ κάλυψον ἢ
ποντίοις – δάκεσι δὸς βοράν.

ant. 602.

ἐπικότοισι μήδεσι δαμεῖσα δυς-
δαιμόνων – δὲ τίνες οἵ ἒ ἒ.

Soph. Ai. 889.

ἀλάταν πόνων
οὐρίῳ – μὴ πελάσαι δρόμῳ.

ant. 934.

ἐκεῖ – νος ἄρχων χρόνος
πημάτων, – ἦμος ἀριςόχειρ,

Eur. Med. 1251.

ἰὼ γᾶ τε καὶ
παμφαὴς – ἀκτὶς ἀελίου,

ant. 1260.

μάταν μόχθος ἔρ-
ρει τέκνων, – ἄρα μάταν γένος.

Iphig. Taur. 868.

ὦ μελέα δεινᾶς τόλμας, δείν' ἔτλαν,
δείν' ἔτλαν – ὤμοι σύγγονε.

ant. 871.

παρὰ δ' ὀλίγον ἀπέφυγες ὄλεθρον ἀνόσιον
ἐξ ἐμᾶν – δαϊχθεὶς χερῶν.

Ion. 791.

βία – τον ἐν ἐρημίᾳ δ'
ὀρφανὸς – δόμους οἰκήσω.

ant. 798.

ἀστέρας ἑσπέρους
οἷον οἷ – ον ἄλγος ἔπαθον.

Hercul. Fur. 746.

οὔποτε διὰ φρενὸς ἐπ-
ήλπισεν – παθεῖν γᾶς ἄναξ.

ant. 758.

οὐρανί - ων μακάρων κατέβαλ'
ὡς ἄρ' ὁ - σθένεσιν θεοί.

Interdum Creticus utramque longam vel alteram earum solvit, ut Soph. Oed. Col. 1560.

ἐπὶ πόνῳ - μήτ' ἐπὶ βαρυαχεῖ.

ant. 1572.

ἀδάματον - φύλακα παρ' Ἀΐδα.

Vulgo μήτ' ἐπὶ πόνῳ. Adiecit illud μήτε aliquis, qui exquisitiorem locutionem non intelligeret. De antistrophico vid. supra p. 17. Eur. Phoeniss. 155.

ὅς ἐπ' ἐμὰν - πόλιν ἔβα πέρσων.

Pers. 663.

βάσκε πάτερ - ἄκακε Δαρειάν.

Eiusdem generis esse videtur Sept. ad Theb. 142.

ποῖ δ' ἔτι τέ - λος ἐπάγει θεός.

ant. 150.

ἑπτάπυλον - ἕδος ἐπιῤῥύε.

In strophico tamen non dubito Aeschylum scripsisse

ποῖ δὲ τέλος - ἔτ' ἐπάγει θεός.

Multo enim hoc numerosius est. Atque ita in antistropha quoque vocabulum cum cretico terminatur, omnibusque locis, ubi dochmiacis intersertus creticus alteram longam solvit. Conf. proximos utrimque citatos locos, et quos mox laudabimus, Soph. Ai. 686. Electr. 1248. Eur. Hec. 1090. — Eur. Iph. Taur. 654.

αἶ αἶ αἶ αἶ, πότερος ὁ μέλλων, ἔτι γὰρ
ἀμφίλογα - δίδυμα μέμονε φρήν.

Soph. Oed. R. 661.

ἐπεὶ ἄθεος, ἄφιλος,
ὅτι πύματον – ὀλοίμαν, φρόνησιν εἰ τάνδ' ἔχω.

ant. 691.

παραφρόνιμον ἄπορον
ἐπὶ φρόνιμα – πεφάνθαι μ' ἄν, εἴ σε νοσφίζομαι.

vix enim aptiorem aliam huius loci distributionem esse existimo. Eur. Phoeniss. 303.

ἰὼ ἰὼ πότνια,
μόλε πρόδρομος – ἀμπέτασον πύλας.

ant. 347.

νόμιμον ἐν γάμοις,
ὡς πρέπει – ματέρι μακαρίᾳ.

§. 52.

Duos et plures Creticos habent hi loci. Aeschyl. Eum. 259.

ἀντίποιν' ὡς τίνῃς – ματροφόνου δύας.

Soph. Electr. 1384.

ἴδεθ', ὅπῃ προνέμεται
τὸ δυσέριστον αἷμα φυσῶν Ἄρης.

ant. 1391.

παράγεται γὰρ ἐνέρων
δολιόπους ἀρωγὸς εἴσω στέγας.

Eur. Orest. 317.

δρομάδες ὦ πτεροφόροι
ποτνιάδες θεαί.

ant. 333.

τίς ἔλεος, τίς ὅδ' ἀγὼν
φόνιος ἔρχεται;

Hippol. 362.

ἄϊες ὦ, ἔκλυες ὦ
ἀνήκουςα τᾶς.

ant. 669.

τάλανες ὦ κακοτυχεῖς
γυναικῶν πότμοι.

Nam hos in dochmiacorum carminum initiis positos numeros creticos, non paeones esse coniicere licet ex Eur. Hercul. Fur. 757. ubi his:

τίς ὁ θεὸς ἀνομίᾳ
χραίνων θνητὸς ὤν.

in stropha v. 742. opposita sunt haec:

χαρμοναὶ δακρύων
ἔδοσαν ἐκβολάς.

In Eur. Bacch. 1006.

ἦμαρ εἰς νύκτα τ' εὖ
ἄγοντ' εὐσεβεῖν.

stroph. 986.

οὐ γὰρ ἐξ αἵματος
γυναικῶν ἔφυ.

hiatus in εὖ ἄγοντ', Hermanno iudice, nihil offensionis habet, quod ista instar unius verbi sint.

Mediis in dochmiis duo Cretici leguntur Aeschyl. Agam. 1115.

ξυναντύτει βίου
δύντος αὐγάς. ταχεῖ - αδ' ἄτα πέλει.

ant. 1126.

πολυετεῖς τέχναι
θεσπιῳδῶν φόβον - φέρουσιν μαθεῖν.

Soph. Ant. 1263.

στερεὰ, θανατόεντ'
ὦ κτανόντας τε καὶ
θανόντας βλέποντες ἐμφυλίυς.

ant. 1285.

τί μ' ἄρα τί μ' ὀλέκεις
ὦ κακάγγελτά μοι
προπέμψας ἄχη, τίνα θροεῖς λόγον;

Aiac. 886.

πλαζόμενον λεύσσων
ἀπύοι; σχέτλια γὰρ
ἔμεγε τὸν μακρῶν ἀλάταν πόνων.

ant. 932.

ἐχθοδόπ' Ἀτρείδαις
οὐλίῳ σὺν πάθει.
μέγας ἄρ' ἦν ἐκεῖνος ἄρχων χρόνος.

Vid. Epist. ad Lobeck. p. 438. ubi in eo tantum cum Erfurdtio falsus fui, quod librorum lectionem ἔμεγε in ἐμὲ mutaremus. Verba σχέτλια γὰρ Creticum efficiunt in fine solutum. Prima enim in σχέτλια producitur, ut alibi. Ita Erfurdtii maxime mei opera omnes de hoc loco contentiones compositae videntur.— Eur. Phoeniss. 171.

ὅπλοις χρυσέοις
εὐπρεπὴς, ὦ γέρον,
ἑῴοις ὅμοι - α cet.

ant. 195.

τε δώσων τριαί-
να Ποσειδανίοις,
Ἀμυμωνίοις.

Ibid. 1532.

κλύεις ὦ κατ' αὐ-

λὰν ἀλαίνων γεραι-
ὸν πόδα δεμνίοις.

ant. 1538.

πολιὸν αἰθέρος τ'
ἀφανὲς εἴδωλον ἢ
νέκυν ἔνερθεν ᾖ.

De Aeschyl. Agam. 1135.

ἀκόρετος βοᾶς
φεῦ ταλαίναις φρεσὶν
Ἴτυν Ἴτυν στένουσ'.

ant. 1145.

μελοτυπεῖς ὁμοῦ τ'
ὀρθίοις ἐν νόμοις.
πόθεν ὅρους ἔχεις.

vide quae diximus p. 91 seq.

Tribus Creticis canticum Aeschylus inchoavit Prometh. 687.

ἔα ἔα, ἔπεχε, φεῦ, οὔποτ' οὔ-
ποτ' ηὔχουν ξένους.

Item Suppl. 429.

μήτι τλῇς τὰν ἱκέτιν εἰςιδεῖν
ἀπὸ βρετέων βίᾳ.

ant. 434.

ἴσθι γὰρ παισὶ τάδε καὶ δόμοις
ὁπότερ' ἂν κτίσῃς.

Totidem in medio posuit Prom. 576.

τηλέπλανοι πλάνοι,
τί ποτέ μ', ὦ Κρόνιε παῖ, τί ποτε
ταῖςδ'
ἐνέζευξας εὑ - ρών.

ant. 596.

ἐ - τήτυμα προςθροεῖς

ϑεόσσυτόν τε νόσον ἀνύμασας, ἃ
μαραίνει με χρί - ουσα.

Similiter Eur. Hec. 1089.

αἶ αἶ ἰὼ Θρήκης
λογχοφόρον, ἔνοπλον, εὔϊππον, Ἄ-
ρει κάτοχον γένος.

ant. 1100.

ὤμοι ἐμᾶς λώβας,
αἰθέρ' ἀμπτάμενος οὐράνιον ὑ-
ψιπετὲς εἰς μέλαθρον.

Quo eodem numero habeo Soph. Electr. 1247.

οὔποτε καταλύσιμον
οὐδέποτε λησόμενον ἁμέτερον
οἷον ἔφυ κακόν.

De antistropha vid. supra p. 64. seq. Nam hos paeones esse pro certo non potest affirmari.

§. 53.

Aliquoties tamen Creticos a praegressis certe dochmiis Tragici separarunt. Aeschyl. Sept. ad Theb. 188.

ὅτε τε σύριγγες ἔκλαγξαν ἑλίτροχοι
ἱππικῶν τ' ἀγρύπνων
πηδαλίων δια-στόμια.

ant. 196.

ὅτ' ὀλοὰ νιφομένας βρόμος ἐν πύλαις,
δὴ τότ' ἤρθην φόβῳ
πρὸς μακάρων λιτάς.

In stropha pro ἀΰπνων dedi ἀγρύπνων. Harum enim vocum alteram altera explicat. Vid. Etym. Magn. p. 464. 40. et p. 13. 26. Zonar. Lex. Tom. I.

p. 29. ἀγρυπνία, ἤτοι ἀϋπνία. — Soph. Oed. Col. 1450.

παρ' ἀλαῦ ξένου
εἴ τι μοῖ - ρα μὴ κιχάνει.

ant. 1464.

διόβολος· ἐς δ' ἄκραν
δεῖμ' ὑπῆλ - θε κρατὸς φόβαν.

Sed videntur omnino hunc versum, ut separatum, interdum Tragici habuisse. Ita bis deinceps eum posuit Eur. Hippol. 366.

ὦ τάλαινα τῶνδ' ἀλγέων·
ὦ πόνοι τρέφοντες βροτούς.

ant. 673.

πᾶ ποτ' ἐξαλύξω τύχας,
πῶς δὲ πῆμα κρύψω, φίλαι.

Cf. cognatus ille, qui ab iambo incipit p. 115. quem ter deinceps legimus in Suppl. 73.

ἴτ' ὦ ξυνῳδοὶ κακοί,
ἴτ' ὦ ξυναλγηδόνες,
χορὸν, τὸν ᾅδας σέβει.

ant. 81.

ὑγρὰ ῥέουσα σταγὼν,
ἄπαυστος ἀεὶ γόων.
τὸ γὰρ θανόντων τέκνων.

Hiatus etiam inter dochmios et creticos est Oed. R. 664.

φρόνη - σιν εἰ τάνδ' ἔχω.
ἀλλά μοι δυσμόρῳ γᾶ φθίνου-
σα τρύχει ψυχὰν,
καὶ τάδ' εἰ κακοῖς cet.

ant. 693.

σε νοσφίζομαι,
ὅστ' ἐμὰν γᾶν φίλαν ἐν πόνοις

ἀλύουσαν ὀρ-
θὸν κατούρισας.

In antistropha pro κατ' ὀρθὸν οὔρισας scripsi ὀρθὸν κατούρισας. Vulgata certe quomodo metro aptari possit, nunc quidem non video. Soph. Electr. 27. ἀλλ' ὀρθὸν οὖς ἵστησιν. Trachinn. 826. καὶ τάδ' ὀρθῶς ἔμπεδα κατουρίζει. Confidentius hanc emendationem proponerem, nisi bis Eustathius vulgatam citaret. Aiac. 902.

ἄναξ τόνδε συνναύταν, ὦ τάλας.
ὦ ταλαίφρων γύναι.

ant. 948.

ἔργον ἄνανδον Ἀτρειδᾶν τῷδ' ἄχει.
ἀλλ' ἀπείργοι θεός.

Nota tamen, omnibus his locis separationis indicium esse hiatum, non brevem syllabam, qua, si de Aeschyl. loco Agam. 1135. quem supra p. 91. seq. tractavimus, discesseris, nusquam creticos a dochmiis disiunctos memini.

§. 54.

Eodem modo dactylica, anapaestica et choriambica arsis dochmios contingit Aeschyl. Suppl. 350.

ἴδε με τὰν ἱκέτιν – φυγάδα περίδρομον.

ant. 362.

σὺ δὲ παρ' ὀψιγόνου – μάθε γέρων περ ὤν.

Eur. Androm. 267.

μέθετε μέθετέ με δή – κλίνατέ μ', οὐ σθένω.

ant. 271.

τέκνα τέκν' οὐκ ἔτι δή – οὐκ ἔτι δὴ μάτηρ.

Cf. not. p. 45. Soph. Philoct. 175.

χρείας ἱσαμένῳ πῶς ποτε πῶς
δύςμορος ἀντέχει;

ant. 186.

λιμῷ τ' οἰκτρὸς, ἀνήκεστα μερι-
μνήματ' ἔχων · βαρεῖα etc.

Conf. supra p. 47. Fortasse etiam in eiusdem fabulae vv. 706. seqq. dactyli et dochmii alternant:

οὐ φορβὰν ἱερᾶς
γᾶς σπόρον, οὐκ ἄλλων
αἴρων, τῶν νεμόμεσθ'
ἀνέρες ἀλφησταί.

ant. 718.

νῦν δ' ἀνδρῶν ἀγαθῶν
παιδὸς ὑπαντήσας,
εὐδαίμων ἀνύσει,
καὶ μέγας ἐκ κείνων.

Eur. Hec. 1102.

Ὠρίων ἢ Σείριος ἔνθα πυρὸς φλογέας ἀφίησιν ὄσσων αὐγάς; cet.

Phoeniss. 109.

Ἰὼ πότνια πότνια παῖ Λατοῦς Ἑκάτα κατά-
χαλκον ἅπαν
πεδίον ἀστράπτει.

ant. 137.

οὗτος ὁ τᾶς Πολυνείκεος, ὦ γέρον, αὐτοκα-
σιγνήτας νύμφας
ὁμόγαμος κυρεῖ.

Ibid. 353.

ὄλοιτο τάδ', εἴτε σίδαρος,
εἴτ' ἔρις, εἴτε πατὴρ ὁ σὸς αἴτιος,

εἴτε τὸ δαιμόνιον κατεκώμασε δώμασιν Οἰ-
δ ι π ό δ α,
πρὸς ἐμὲ γὰρ κακῶν ἔμολε τῶνδ' ἄχη.

Androm. 862.

κυανόπτερος ὄρνις εἴθ' εἴην
ἢ πευκᾶεν σκάφος, ἃ διὰ Κυανέας ἐπέρασ'
ἀκτὰς
πρωτόπλοος πλάτα.

Rhes. 699.

καὶ φυλάκων ἕδρας.
Θ ε σ σ α λ ὸ ς ἢ - παραλίαν Λοκρῶν.

ant. 716.

πολυπινές τ' ἔχων,
π ο λ λ ὰ δὲ τὴ ν - βασιλίδ' ἑστίαν.

Lectio πουλυπινές ab aliquo profecta est; qui metri esset imperitus. — Troad. 241.

αἶ αἶ τίνα γ' ἢ Θ ε σ σ α λ ί α ς π ό λ ι ν ἢ
Φθιάδος εἶπας ἢ Καδμείας χθονός;

ant. 253.

ἢ τ ὰ ν Φ ο ί β ο π α ρ θ έ ν ο ν, ᾇ γ έ ρ α ς ὁ
χρυσοκόμας ἔδωκ' ἄλεκτρον ζωάν;

Ion. 716.

ἵνα Βάκχιος ἀμφιπύρους ἀνέχων πεύκας λαι-
ψ η -
ρὰ πηδᾷ νυκτιπόλοις ἅμα σὺν Βάκχαις.

Stropha manca est, de qua infra dicetur. Hercul. Fur. 1017.

Ἑ λ λ ά δ ι τ ῶ ν - τοῦ Δαναοῦ παίδων.

ubi Hermannus articulum τοῦ retinere poterat. Ita noster Hec. 943. τὰν τοῖν Διοσκούροιν Ἑλέναν κάσιν. Hippol. 532. τὸ τᾶς Ἀφροδίτας (βέλος). Androm. 274. ὁ τῆς Μαίας. Electr. 438. τὸν τᾶς Θέτιδος. Hel. 644. τὰ τοῦ Διὸς

λέκτρα. Comparari etiam possunt Orest. 1387. διὰ τὸ τᾶς ὀρνιθογόνε ὄμμα κυκνοπτέρε καλλοσύνας Λήδας σκύμνε, ubi item Porsonus et Hermannus articulos delent. Iphig. Taur. 139. ὦ παῖ τᾶ τᾶς Τροίας πύργες ἐλθόντος — χιλιοναύτα. Ibid. 105. τὸν τᾶ θεᾶ χρησμόν, coll. v. 120. Quamquam alibi alter articulus omittitur, ut Eur. Electr. 463. τῷ Μαίας — κέρῳ. Soph. Electr. 1395. ὁ Μαίας παῖς. alibi uterque, ut Orest. 998. λόχευμα — Μαιάδος τόκε.

§. 55.

Hactenus de iis numeris, quorum arsis dochmii initium proxime antecedit. Pergimus ad eos, qui ante dochmium in thesin exeunt. Ac veluti in transitu collocare placet Bacchiacos, qui licet in thesin terminentur, ea tamen thesis, quoniam longa est, nec solutionem in duas breves unquam patitur, quandam arseos similitudinem habet. Crebro autem Bacchiacos dochmiis Tragici apposuerunt. Aeschyl. 1173.

Ἀγυιεῦ τ' - Ἀπόλλων ἐμός.

Eur. Orest. 144.

ἆ ἆ σύ - ριγγος ὅπως πνοιά.

ant. 157.

ὀλεῖς, ει - βλέφαρα κινήσεις.

Phoeniss. 1297.

ἰὼ μοι πόνων,

ἰὼ Ζεῦ, ἰὼ γᾶ,

ὁμογενᾶ ψυχάν.

ant. 1311.

βοᾷ βαρβάρῳ

ςεναχτὰν ἰαχχάν,

μελομέναν νεκροῖς.

Rhes. 694.

χεῖρα φυγὼν ἐμάν;
πόθεν φιν κυρήσω;
τίνι προσεικάσω;

ant. 712.

ῥακοδύτῳ στολῇ
πυκασθεὶς, ξιφήρης
κρυφαῖος ἐν πέπλοις.

Bacch. 992.

φονεύουσα λαιμῶν διαμπὰξ
τὸν ἄθεον, ἄνομον, ἄδικον Ἐχίονος.

Ita etiam in antistropha. Qui duo versus antecedunt, in unum trimetrum iambicum colligendi sunt. Aeschyl. Agam. 1095.

ἄφερτον φίλοισιν, δυςίατον, ἀλλὰ δ'
ἑκὰς ἀποςατεῖ.

ant. 1102.

τάχος γὰρ τόδ' ἔςαι. προτείνει δὲ
χεὶρ ἐκ
χειρὸς ὀρεγομένα.

Soph. Philoct. 396.

πότνι' ἐπηύδώμαν,
ὅτ' ἐς τόνδ' Ἀτρειδᾶν ὕβρις πᾶσ' ἐχώ-
ρει,
ὅτε τὰ πάτρια τεύχεα παρεδίδοσαν.

ant. 511.

ἔχθεις Ἀτρείδας,
ἐγὼ μὲν τὸ κείνων κακὸν τῷδε κέρδος
μετατιθέμενος, ἔνθα περ ἐπίμεμονεν.

Vides hic in stropha ultimum Bacchium cum sequenti dochmio hiatum facere, unde liquet, non semper, fortasse si versus Bacchiacus longior esset, utrumque numerum poetas copulasse.

Clarius etiam hoc demonstrat locus in Bacch. 1178.

τίς ἄλλα τὰ Κάδμου; ΧΟ. τί Κάδμου;
ΑΓ. γένεθλα
μετ' ἐμὲ μετ' ἐμὲ τοῦδ'.

ant. 1195.

περισσὰν περισσῶς. ΧΟ. ἀγάλλῃ; ΑΓ.
γέγηθα,
μεγάλα μεγάλα etc.

Ultima enim in *γέγηθα*, quae vox dochmium attingit, brevis est. Omnino autem hic illic Bacchiacos invenias per dochmiaca carmina, veluti septem inter duos trimetros Rhes. 705.

δοκεῖς γάρ; ΗΜ. τί μὴν οὔ; *)
ΗΜ. θρασὺς γοῦν ἐς ἡμᾶς.
ΗΜ. τίν' ἀλκήν; τίν' αἰνεῖς;
ΗΜ. Ὀδυσσῆ.

ant. 724.

τί λάσκων; ΗΜ. δυσοίζων.
ΗΜ. τι δρᾷς δή; τί ταρβεῖς;
ΗΜ. καθ' ἡμᾶς περᾶσαι.
ΗΜ. τίν' ἀνδρῶν;

---

*) Singularis haec est particularum coniunctio *τί μὴν οὔ*. Eadem paulo post in Rheso recurrit v. 955.

τί μὴν ἔμελλον οὐ πέμψειν φίλοις
κήρυκας.

Reponenda etiam videtur in Soph. Electr. 1280. ubi vulgo legitur:

ΗΛ. ξυναινεῖς;
ΟΡ. τί μὴ οὔ;

Nam si pro *μὴ* legis *μὴν*, Orestes Electrae eodem numero respondet, quo illa interrogavit; neque omnino suo loco hic esse videtur *μὴ οὐ*.

Cf. Eur. Troad. 321. Ion. 1446. 1465. Dochmiaca carmina Bacchii claudunt Soph. Electr. 1242.

περισσὸν ἄχ - θος ἔνδον γυναικῶν ὃν
αἰεί.

ant. 1263.

ἐπεί σε νῦν - ἀφράςως ἀέλπτως τ' ἐςεῖ-
δον.

Eur. Orest. 173.

ὑπνώσσει. ΗΛ. λέγεις εὖ.

ant. 194.

δίκᾳ μέν. ΗΛ. καλῶς δ' οὔ.

Hercul. Fur. 879.

χορευθέντ' ἐναύλοις.

Interdum Bacchiis propter numerorum cognationem, opinor, interseritur Ionicus a minore. Aeschyl. Eum. 775.

ςενάζω; τί ῥέξω; τί γένωμαι; δύςοιςα
πολίταις ἔπαθον. ἰὼ μεγάλα τοι.

Similiter Eur. Bacch. 1174.

πόθεν ἐρημίας;
ΑΓ. Κιθαιρών. ΧΟ. τί Κιθαιρών;
ΑΓ. κατεφόνευσέ νιν.

ant. 1189.

ὁ γὰρ ἄναξ ἀγρεύς.
ΑΓ. ἐπαινεῖς. ΧΟ. τί δ' ἐπαινῶ;
ΑΓ. τάχα δὲ Καδμεῖοι.

Ceterum memorabile est, quod singuli Bacchii tantum non semper una cum verbo terminantur.

§. 56.

Hic statim commemorandum videtur, Tragicos aliquoties molossum dochmiacis immiscuisse, quem malim Bacchiaco numero legi, quam Choriambico. Soph. Philoct. 830.

ὄμμασι δ' ἀντέχοις
τάνδ' αἴγλαν,
ἃ τέταται τανῦν.

ant. 846.

πέμπε λόγων φάμαν·
ὡς πάντων
ἐν νόσῳ εὐδρακὲς cet.

Cf. de hoc loco p. 35. Eur. Orest. 167. post iambicum

σὺ γάρ νιν, ὦ τάλαινα,
θωΰξασ',
ἔβαλες ἐξ ὕπνου.

ant. 188.

θανεῖν. τί δ' ἄλλο γ' εἴπω;
οὐδὲν γὰρ
πόθον ἔχει βορᾶς.

Hoc loco, nescio quo casu, Porsonus ab natura sua deflexit, satis audacter contextum ex coniectura mutans. Sed eius deflexionis graves poenas dedit. Nihil enim eorum, quae novavit, verum est, una emendatio etiam metro contraria. Recte Hermannus de Metris p. 250. οὐδὲν emendavit pro οὐδέ. — Fortasse hic numerus augendus est Aeschyli loco Sept. ad Theb. 111.

ἀλλ' ὦ Ζεῦ - πάτερ παντελὲς,

ut in antistrophico 125., deletis epiphonematis

φεῦ φεῦ, quae quid hic quidem sibi velint, non perspicio, legatur

σύ τ' Ἄρης - Κάδμου ἐπώνυμον.

Qua ratione Molosso opponetur Bacchius. — Et Eur. Ion. 677.

ὁρῶ δάκρυα μὲν
καὶ πένθημ'
ἄλλας τε στεναγμάτων εἰσβολάς.

ant. 694.

φίλαι, πότερ' ἐμᾷ
δεσποίνᾳ
τάδε τορῶς ἐς οὖς γεγωνήσομεν.

Strophicum versum mutavi, quum vulgo legatur καὶ πενθίμους. Neque enim mihi verisimile videtur verbo δεσποίνᾳ, etiamsi pro choriambo haberi possit, poetam diiambum opposuisse. Scripsisset saltem δεσποσύνᾳ, ut Iphig. Taur. 439. Sed molossum istum propter consimiles illos locos remotum nolim.

Huc etiam adscribam versus aliquot in molossum exeuntes, quos Aeschylus et Euripides in dochmiacis carminibus adhibuere, ita tamen, ut nullo cum dochmiis vinculo cohaereant. Aeschyl. Agam. 1134.

νόμον ἄνομον, οἷά τις ξουθά,
ἀκόρετος βοᾶς cet.

ant. 1144.

τὰ δ' ἐπίφοβα δυσφάτῳ κλαγγᾷ
μελοτυπεῖς, ὁμοῦ τ' cet.

Cui similes sunt Eur. Ion. 1494.

ἀνὰ δ' ἄντρον ἔρημον οἰωνῶν
γαμφηλαῖς φόνευμα, θοίναμά τ' εἰς
ᾅδαν ἐκβάλλῃ.

(Scripsi ᾅδαν pro αἴθαν, quod hos tres dochmios puto.) Conf. paulo ante 1460.

τὸν ἐλαιοφυῆ πάγον θάσσει.

1482. παρ' ἀηδόνιον πέτραν Φοίβῳ.

1486. δεκάτῳ δέ σε μηνὸς ἐν κύκλῳ.

Bacch. 1036.

ὁ Διόνυσος ὁ Διόνυσος, οὐ Θήβαι-
κράτος ἔχεσ' ἐμόν.

Troad. 281.

ἰὼ ἰώ μοι·
μυσαρῷ δολίῳ τε λέλογχα φωτὶ δουλεύειν
πολεμίῳ, δίκας παρανόμῳ δάκει.

ant. 285.

ὃς πάντα τἀκεῖσ'
ἔθετ' ἀντίπαλ' αὖθις ἐκεῖσε διπτύχῳ γλώσσᾳ
φίλα τὰ πρότερ' ἄφιλα τιθέμενος πάντων.

Ab initio vulgo ἰώ μοί μοι. V. 285. ἔθετ' pro ἐνθάδ' conieci, deficiente verbo. Postrema in Edd. leguntur sic: ἄφιλα τὰ πρότερα φίλα.

§. 57.

Revertimur ad trochaicos et dactylicos numeros, qui ita quoque ante dochmiacos collocantur, ut eorum thesi dochmius proxime applicetur. Quae res, quantumvis mira, satis tamen certis exemplis innititur. Primum ex trochaicis numeris huc pertinere videntur: Soph. Trach. 844.

τὰν μὲν – ὅτι προςέβαλε τάδ' ἀπ'.

ant. 855.

Ἡρα – κλέα ἀπέμολε πάθος.

Vid. supra p. 19. Eur. Hec. 1093.

ἴτ' ἴτε – μόλετε πρὸς θεῶν.

ant. 1097.

δεινὰ – δεινὰ πεπόνθαμεν.

Eur. Suppl. 1078.

καὶ σὺ – πάλις ἐμὰ τλάμων.

Quo tamen loco etiam praegressum vocabulum *μέρος* in huius versus initio collocari potest, ut dochmio praemissus sit antispastus. Aeschyl. Prom. 576.

ποῖ πόποι, ποῖ μ' ἄγουσι
τηλεπλάνοι πλάνοι.

ant. 595.

τὰν ταλαίπωρον ὧδ' ἐ-
τήτυμα προσθροεῖς;

Nam minus placet, adscita altera lectione *ἔτυμα*, hiatum admitti:

τὰν ταλαίπωρον ὧδε
ἔτυμα προσθροεῖς.

Conf. Agam. 678. *τίς ποτ' ὠνόμαζεν ὧδ' ἐς τὸ πᾶν ἐτητύμως.* Huc etiam referam Eur. Phoeniss. 1306.

πότερον ἄρα νέκυν ὀλό-
μενον ἰακχήσω.

ant. 1316.

ἄποτμος, ἄποτμος ὁ φόνος
ἕνεκ' Ἐριννύων.

Vid. supra p. 40. seq. Eur. Bacch. 1151.

ἀναχορεύσωμεν
Βακχεῖαν – ἀναβοάσωμεν.

Cf. supra p. 116. Aeschyl. Prom. 580.

οἰςρηλάτῳ δὲ
δείματι δειλαίαν.

ant. 600.

σκιρτημάτων δὲ
νήςισιν αἰκίαις.

Ibid. 427.

Τιτᾶνα λύμαις εἰςιδόμαν θεῶν
Ἄτλανθ᾽, ὃς αἰὲν ὑπέροχον χθονός.

Eur. Alcest. 116.

ψυχάν· μόρος γὰρ
ἄποτμος πλάθει.

ant. 126.

πρὶν αὐτὸν εἷλε
διόβολον πλᾶκτρον.

Eur. Electr. 478.

τοιῶνδ᾽ ἄνακτα
δοριπόνων ἔκανες.

Cf. supra p. 24. — Ab anapaestica anacrusi hic iambicus incipit Troad. 1235.

πιτύλους διδοῦσα
χειρὸς, ἰώ μοί μοι.

ant. 1238.

Ἑκάβη σάφ᾽ ἔνεπε
τίνα θροεῖς αὐδάν.

Longiorem iambicum dochmii excipiunt Soph. Philoct. 1095.

σύ τοι σύ τοι κατηξίωσας,
ὦ βαρύποτμ᾽, οὐκ ἄλλοθεν ἔχει τύχα.

ant. 1116.

πότμος πότμος σε δαιμόνων τάδ᾽,
οὐδέ σέ γε δόλος ἔσχ᾽ κ. τ. λ.

Vid. supra p. 48. Eodem iambico Euripides Orest. 329. dochmios distinxit, qui versus quum in stropha pariter atque antistropha brevem finalem habeat, numeri videntur cohaerere. De Hercul. Fur. 919. et 1019. nondum audeo statuere. — Etiam hos versus Sept. ad Theb. 84.

βοὰ ποτᾶται – βρέμει δ' ἀμαχέτου.

ant. 91.

θεῶν ἢ θεαινᾶν – τίς ἄρα ῥύσεται;

(θεῶν hic monosyllabon est.) Eum. 143.

ὕπνῳ κρατηθεῖσ' – ἄγραν ὤλεσα.

ant. 149.

τί τῶνδ' ἐρεῖ τις – δικαίως ἔχειν.

Choeph. 73.

ἐμοὶ δ' ἀνάγκαν – γὰρ ἀμφίπτολιν.

Soph. Oed. R. 649.

πιθοῦ θελήσας – φρονήσας τ' ἄναξ.

ant. 678.

γύναι, τί μέλλεις – κομίζειν δόμων.

Soph. Oed. Col. 1454.

ὁρᾷ ὁρᾷ ταῦτ' – ἀεὶ χρόνος ἐπεί.

ant. 1468.

τί μὰν ἀφήσει – τέλος δέδια δ' οὐ.

hos versus, inquam, quorum plura, opinor, exempla poterunt inveniri, erunt fortasse, qui huc referendos atque ita, ut hic per lineolam indicavi, compositos censeant. Neque ego repugno, maxime quum caesura eam rationem videatur stabilire. Est tamen syllaba, quae caesuram facit, in omnibus his locis longa, in paucis etiam per apostrophum sequentibus annexa, unde qui hos versus Creticos cum iambica anacrusi dicant, habebunt, quo suam opinionem de-

fendant. Nec caesuram habet Aeschyl. Sept. 160.

λυτήριοι δ' ἀμφιβάντες πόλιν cet.

stroph. 152.

ἰὼ τέλειοι τέλειαί τε γᾶς.

Iambicam autem anacrusin Creticos interdum habere ostendunt Soph. Oed. R. 652.

τὸν οὔτε πρὶν νήπιον
νῦν τ' ἐν ὅρκῳ μέγαν καταίδεσαι.

ant. 681.

δόκησις ἀγνὼς λόγων
ἦλθε, δάπτει δὲ καὶ τὸ μὴ 'νδικον.

Ibid. 1337.

τί δῆτ' ἐμοὶ βλεπτὸν, ἢ στερκτὸν, ἢ προσήγορον.

ant. 1357.

οὔκουν πατρός γ' ἂν φονεὺς ἦλθον οὐδὲ νυμφίος.

Oed. Col. 1565.

πολλῶν γὰρ ἂν καὶ μάταν πημάτων ἱκνουμένων.

ant. 1576.

ὁρμωμένῳ νερτέρας τῷ ξένῳ νεκρῶν πλάκας.

Hic statim mentio fiat aliquot anapaesticorum hypercatalecticorum, ideoque trochaicam terminationem habentium, qui dochmiis inseruntur in Soph. Ai. 900.

ὤμοι ἐμῶν νόστων·
ὤμοι, κατέπεφνες,
ἄναξ, τόνδε συνναύταν, ὦ τάλας.

ant. 946.

ὤ μοι ἀναλγήτων

δισσῶν ἐθρόησας
ἔργον ἄναυδον Ἀτρειδᾶν τῷδ' ἄχει.
Cf. supr. p. 19. Eur. Orest. 1363.
Νέμεσις ἐς Ἑλέναν.
δακρύοισι γὰρ Ἑλλάδ' ἅπασαν ἔπλησε
διὰ τὸν ὀλόμενον ὀλόμενον Ἰδαῖον.
ant. 1545.
τέλος ὅπα θέλει.
μεγάλα δέ τις ἁ δύναμις· δι' ἀλάστορ'
ἔπεσ' ἔπεσε μέλαθρα τάδε δι' αἱμάτων.
quem locum infra tractabimus. Cf. paulo ante Soph. Philoct. 1195. et 1116.

§. 58.

Multo tamen frequentius dactylicae sive anapaesticae disyllabae thesi dochmii subiiciuntur. Aeschyl. Sept. ad Theb. 206.

πόλιν καὶ στράτευμ'
ἁπτόμε - νον πυρὶ δαΐῳ.
ant. 213.
ὕπερθ' ὀμμάτων
κρημναμε - νᾶν νεφελᾶν ὀρθοῖ.
Eur. Ion. 1484.
κρυπτόμε - νον λέχος ηὐνάσθην.
Hercul. Fur. 1185.
βουλομέ - νοισιν ἐπαγγέλλει.
ant. 1186.
οἰχόμεθ' - οἰχόμεθα πτανοί.
In Androm. 842. dactylus iambicam anacrusin habet:
τί μοι ξίφος - ἐκ χερὸς ἠγρεύσω;
item duo dactyli Soph. Oed. R. 660.

ὦ τῶν πάντων θεῶν
θεὸν πρόμον ἅλιον – ἐπεὶ ἄθεος ἄφιλος.

ant. 689.

ἄναξ, εἶπον μὲν οὐχ
ἅπαξ μόνον, ἴσθι δὲ – παραφρόνιμον
ἄπορον.

Primus versus apud Tragicos in dochmiorum vicinia occurrit Ion. 687. δειμαίνω ξυμφοράν, coll. v. 706. et Sophocl. Ant. 1266. ἰὼ παῖ παῖ νέος. *) Soph. Trach. 1024.

τᾷδ' ἐμὲ, τᾷδ' ἐμὲ
πρόσλαβε κουφίσας, ἓ ἓ ἰὼ δαῖμον.

ant. 1041.

εὔνασον, εὔνασον
ὠκυπέτᾳ μόρῳ τὸν μέλεον φθίσας.

Philoct. 1091.

σιτονόμου μέλεος; πόθεν ἐλπίδος;
εἴθ' αἰθέρος ἄνω.

ant. 1112.

κρυπτά τ' ἔπη δολερᾶς ὑπέδυ φρενός·
ἰδοίμαν δέ νιν.

Trach. 842.

ὧν ἅδ' ἁ τλάμων μεγάλαν ἄοκνον προσορῶσα δό-
μοισι βλάβαν νέων cet.

---

*) Nam, quum hunc versum libri omnes habeant, atque in antistrophici initio pariter codices consentiant in lectione τί φῄς, ὦ παῖ, haec certe mutata nolim. Monuit etiam Erfurdtius, retineri ea potuisse. In antistrophico Sophocles fortasse scripsit:

τί φῄς, ὦ παῖ; λέγεις μοι τινὰ νέον λόγον.

qua ratione νέον monosyllabon est. Ita ad Aldi et Codd. lectionem proxime accedimus.

ant. 853.

ἔῤῥωγεν παγὰ δακρύων, κέχυται νόσος, ὦ
πόποι,

οἷον ἀναρσίων cet.

Hercul. Fur. 1187.

μαινομένῳ πιτύλῳ πλαγχθεὶς ἑκατογκεφά-
λοιο βαφαῖς ὕδρας.

Anapaestos habemus his locis: Phoeniss. 166.

ἀνεμώκεος εἴθε δρόμον νεφέλας πόσιν ἐξα-
νύ-
σαιμι δι' αἰθέρος.

ant. 198.

μὴ μήποτε τάνδ' ὦ πότνια χρυσεοβόστρυ-
χον
ὦ Διὸς ἔρνος Ἄρ-τεμι.

Ibid. 183.

σώφρονα πώλοις μετα - φέρων ἰθύνει.

ant. 192.

μεγαληγορίαν ὑπερ - άνορα κοιμίζοις.

Ion. 1442.

χθόνιον, μετὰ Περσεφό - νας τ'
ἐδόκουν ναίειν.

Nam, qui versus antecedit, Iambelegus est, ab hoc, si quid video, separandus. Hercul. Fur. 1054.

μὴ δέσμ' ἀνεγειρόμενος χαλάσας ἀπολῇ
πόλιν,
ἀπὸ δὲ πατέρα μέλαθρά τε καταῤῥήξῃ.

ant. 1067.

παλίντροπος ἐξανεγειρόμενος στρέφεται; φέρε,
ἀπόκρυφον δέμας ὑπὸ μέλαθρον κρύψω.

ut Hermannns locum edidit. Interdum ex trochaico rhythmo proxime ante dochmium in dactylicum transitur, ut Eur. Phoeniss. 121.

πρόπαρ ὅςτις ἀγεῖται ςρατῦ πάγχαλκον ἀσπίδ' ἀμφὶ βρα-
χίονι κυφίζων.

ant. 150.

προσόμοιος ἀςερωπὸς ἐν γραφαῖσιν, οὐχὶ πρόσφορος
ἀμερίῳ γέννᾳ.

Similis est Aeschyl. Prom. 690.

οὐδ' ὧδε δυςθέατα καὶ δύςοιςα πήματα,
λύματα, δείματ' ἀμφήκει κέντρῳ ψύ-
χειν ψυχὰν ἐμάν.

Similior etiam Eur. Ion. 1448.

συνέκυρσ' ἀδόκητος ἡδονά; πόθεν
ἐλάβομεν χαράν;

§. 59.

Ter Euripides, idque in carminibus, quorum character dochmiacus est, hos numeros coniunxit:

⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –

Orest. 1256.

σταθεὶς ἐπὶ φοίνιον αἷμα πήματα
πήμασιν ἐξεύρῃ.

ant. 1276.

δὸς ἀγγελίαν ἀγαθάν τιν', εἰ τάδ' ἔ-
ρημα τὰ πρόςθ' αὐλᾶς.

Troad. 257.

κλῆδας καὶ ἀπὸ χροὸς ἐνδύτων ςεφέ-
ων ἱεροὺς ςολμούς.

ant. 267.

ἀτὰρ τίς ὅδ' ἦν νόμος ἢ τί θέσμιον
ὦ φίλος, Ἑλλάνων.

Hercul. Fur. 1029.

ἴδεσθε, δίανδιχα κλῇθρα κλίνεται
ὑψιπύλων δόμων.

ant. 1032.

ἴδεσθε τὰ τέκνα πρὸ πατρὸς ἄθλια
κείμενα δυςάνυ.

Quorum numerorum finem dochmiacum esse, vel inde probabile est, quod tales strophulae rarissime alio, quam dochmiaco numero terminantur: quae ratio fuit, cur etiam paulo ante aliquot versus, ut Hercul. Fur. 1185. 1187. Ion. 1442. Phoeniss. 183. eodem loco habuerimus; nec dubitare sinit postremus locus ex Hercul. Fur. 1030. coll. 1033. ubi in antistropha formam dochmius mutat. Verum qui dochmium finalem numeri antecedunt, eorum quae conditio fuerit, primo adspectu vix dixeris. Meo quidem iudicio rhythmica compositio haec est:

σαθεὶς ἐπὶ – φοίνιον αἷμα πή – ματα.

ut dactylum cum iambica anacrusi sequatur dochmius, hunc autem duae breves syllabae excipiant. De dactylo cum iambica anacrusi confer Eur. Androm. 842. et Soph. Oed. R. 660. quos locos paulo ante apposuimus. Medium autem numerum ut dochmiacum putemus, permovit nos locus simillimus Eur. Troad. 271.

χαλκεο – μίτορος Ἕκτορος – δάμαρ
Ἀνδρομάχη τάλαινα, τίν' ἔχει τύχαν;

quibus respondent v. 275. seq.

πρόςπολος – ἁ τριποβάμονος – χερὶ
δευομένα βάκτρυ γεραιῷ κάρα.

Hic enim ex antistropha videmus, quartam ab initio syllabam ancipitem esse, quod, nisi numerus dochmiacus esset, fieri neutiquam posset. At obiiciet aliquis lectionem Manuscriptorum Cott. et Flor. apud Musgravium, qui pro τριτοβάμονος dant τριβάμονος. Cui primum oppono lectionem MSS. Henr. Stephani et optimi codicis Harl. ἀτριτοβάμονος editionisque Ald. ἁ ποιτοβάμονος, quae, ut recte vidit Barnesius, (cf. Bastium ad Gregor. Cor. p. 731.) apertae corruptelae sunt antiquae lectionis ἁ τριτοβάμονος; maxime tamen nitor ipso significationis discrimine formarum τριτοβάμων et τριβάμων. De quo discrimine perperam iudicat Musgravius τριτοβάμων *ex analogiae regulis epitheton hominis baculo utentis, non ipsius baculi esse* existimans. Τριτοςάτης est, *qui tertio loco stat*, τριταγωνιςής, *qui tertio loco certat*, seu *qui tertias certaminis partes agit*. Ita τριτοβάμων erit, *qui tertio loco incedit*, quod minime homini baculum gerenti, optime baculo ipsi convenit, qui cum duobus pedibus tertio loco incedit, seu, ut Barnesius explicat, *instar tertii pedis est*. Apte etiam Barnesius comparat Anthologiae versum, ubi legitur τρίτατον πόδα βάκτρον ἀείρας. Τριβάμων contra est, *tripliciter incedens*, seu *triplicem incessum habens*, ut τριφυής, τριπλανής, τριλαμπής, alia, ostendunt. Ac ne quis in stropha legendum putet χαλκεομίτροορος, adiiciam quae aliquando Hermannus ad me scripsit: *Quod quibusdam in mentem venit*, χαλκεομίτροορος, *monstrum est, omni analogiae repugnans. Vulgatum tuebitur* ἀλέκτωρ Ἀθηνᾶ *apud Athen.* III. 98. C. — Iam, si vere haec disputavimus, etiam in Orestis loco v. 1256. Aldi lectio φόνιον retineri poterit, neque in Troad. 257. ultima in ἀπὸ

necessario producenda est. Nam Hermanni praeceptum, quo (Praef. ad Herc. Fur. p. VII.) anacrusin dochmii, quae dactylum sequatur, longam, primam autem arsin in duas breves syllabas solutam esse debere existimat, licet plurimis locis conveniat, omnibus tamen vix poterit accommodari. Vid. Soph. Oed. Reg. 661, 690. Philoct. 1091, 1112. Eur. Phoeniss. 183. Ion. 1448. Hercul. Fur. 1056. 1069. ubi dochmiacum numerum a verbis demum ἀπὸ δὲ πατέρα et ἀπόκρυφον incipi malim. Neque etiam post trochaicam thesin dochmius semper ab longa incipit, conf. Soph. Trach. 855. Ai. 901. Eur. Hec. 1097. Orest. 1363, Phoeniss. 1306. 1316. Alcest. 116. 126. Suppl. 1078. Troad. 1238. Bacch. 1152. Electr. 478. quos omnes locos paulo ante integros adscripsimus. — Sed restat, ut de duabus brevibus syllabis dicatur, quae in quatuor istis Euripideis locis utrumque dochmium disiungunt. Quae res ad novam nos disputationem ducit.

§. 60.

Quippe commemoranda est, et, quantum fieri potest, explicanda res admodum gravis et notatu digna, quam in dochmiacis Tragicae poeseos carminibus observasse mihi videor; quaeque, quod haud obscura indicia monstrant, aliis quoque lyricis Tragicorum numeris hic illic lucis aliquid est allatura. Fit enim interdum, ut dochmiis nunc duae, nunc tres, nunc quatuor breves syllabae aut praemittantur aut interponantur. Quarum syllabarum quae fuerit natura, eo est dictu difficilius, quo accuratius easdem in antistropha reducere poetae solent. Unas tres breves syllabas, ut deinde apparebit, duobus locis in antistropha variare memini.

Duae igitur breves syllabae praeter quatuor illos locos, quos modo tractavimus, in dochmiorum medio leguntur Eur. Phoeniss. 106.

χεῖρ ἀπὸ κλιμάκων - ποδὸς - ἴχνος ἐπαν-
τέλλων.

Ibid. 167.

ἐξανύ-
σαιμι δι' αἰθέρος - πρὸς ἑ - μὸν ὁμογενέ-
τορα.

ant. 199.

ὦ Διὸς ἔρνος Ἄρ - τεμι - δουλοσύναν
τλαίην,

Bacch. 1161.

καλὸς ἀγὼν ἐν αἵματι στάζουσαν
χέρα - περιβαλεῖν τέκνου.

Hel. 676.

ὦ Διὸς ὁ Διὸς ὦ - πόσι - παῖς μ' ἐπέλασε
Νείλῳ.

Ibid. 695.

πόσι, καταστένει - γάμον - ἄγαμον αἰσχύ-
ναν.

His tamen Helenae locis paulo minus tribuimus, quod ab antistrophica carminis descriptione, si quando retegetur, aliam fortasse hi numeri formam accipient.

Quaeris, ad quamnam legem has duas syllabas legi oporteat? Equidem unam tantum explicationis viam reliquam video. Dactylo dochmiacam anacrusin subiici posse, satis demonstratum est a p. 145. Iam hae duae syllabae si cum antecedenti ultima dochmiaca arsi voce ita coniungantur, ut huius arseos thesin efficiant, proximo dochmio nihil aliud quam dactylicum numerum praemissum habebis. Qua

ratione nihil hic novum et inauditum fieri videmus. Ac vere ita esse, quodammodo confirmatur dactylico hiatu, quem altera harum syllabarum facit Hercul. Fur. 1029.

ἴδεσθε, διάνδιχα κλῇθρα κλίνεται ὑψιπύλων
δόμων.

Cui accedit id, quod, ut ex allatis exemplis patet, duae istae syllabae nunquam in numerorum initio ponuntur, sed semper ante se dochmium habent. In quo potissimum trium et quatuor brevium syllabarum usus diversus est, quae nunc a fronte dochmiorum, nunc in medio collocatae inveniuntur. Nec denique in ullo exemplorum istorum prior dochmius, qui breves syllabas antegreditur, ultimam solutam habet, qua solutione numerorum decursus futurus erat difficilior et impeditior.

§. 61.

Quatuor breves syllabae dochmios comitantur his locis. Eur. Orest. 171.

πάλιν ἀνὰ - πόδα σὸν εἱλίξεις.
ant. 192.
μέλεον ἀ - πόφονον αἷμα δούς.

Eur. Electr. 1149.

τότε μὲν ἐν λουτροῖς - ἔπεσεν ἐ - μὸς ἐμὸς
ἀρχέτας.
ant. 1157.
μελέαν, ἃ πόσιν - χρόνιον ἱ - κόμενον εἰς
οἴκους.

Soph. Oed. Col, 1454.

ἀεὶ χρόνος ἐπεὶ
μὲν ἕτερα - τάδε παρ' ἦμαρ αὖθις αὔξων
ἄνω.

ant. 1468.

τέλος δέδια δ', ὀ
γὰρ ἅλιον - ἀφορμᾷ ποτ' οὐδ' ἄνευ ξυμφορᾶς.

Qui loci, quorum prior male a Porsono tentatus est, propter mutatam in antistropha dochmiacam formam certissimo testimonio sunt, de nullo nisi dochmiaco numero hic esse cogitandum. Inde coniicio, eandem conditionem fuisse horum locorum: Soph. Oed. Col. 1447.

νέα τάδε - νεόθεν ἦλθ' ἐμοί.

ant. 1462.

ἴδε μάλα - μέγας ἐρείπεται,

Eur. Orest. 1253.

τί δέ με τό - δε χρέος ἀπύεις; ἔννεπέ μοι, φίλα.

ant. 1273.

ἄφοβος ἔ - χε, κενὸς, ὦ φίλα, ςίβος, ὃν ὀ δοκεῖς.

Rhes. 134.

ταχυβάταν νεῶν κατόπτην μολεῖν
πέλας ὅ,τι - ποτ' ἄρα δαΐοις.

ant. 198.

μέγα δὲ κοιράνοισι γαμβρὸν πέλειν,
τὰ θεόθεν - ἐπιδέτω δίκα.

Vid. supr. p. 61. Aeschyl. Agam. 1399.

τί κακὸν, ὦ γύναι,
χθονοτρεφὲς - ἐδανὸν ἢ ποτὸν πασαμένα ῥυτᾶς.

ant. 1418.

μεγαλόμητις εἶ,
περίφρονα δ' - ἔλακες ὥσπερ οὖν φονολιβεῖ τύχα.

Eur. Hec. 1030.

δίκα καὶ θεοῖσιν ὃ ξυμπιτνεῖ.
ὀλέθριον - ὀλέθριον κακόν.

Med. 1280.

τάλαιν' ὡς ἄρ' ἦσθα πέτρος ἢ σίδα-
ρος, ἅτις τέκνων
ὃν ἔτεκες - ἄροτον αὐτόχειρι μοίρᾳ κτενεῖς;

ant. 1290.

τί δέ ποτ' οὖν γένοιτ' ἂν ἔτι δεινόν; ὦ
γυναικῶν λέχος
πολύπονον - ὅσα βροτοῖς ἔρεξας ἤδη κακά.

Electr. 1153.

φονεύεις φίλαν
πατρίδα δε - κέτεσιν ἐν σποραῖσιν ἐλθόντ'
ἐμάν.

ant. 1160.

λαβοῦσα· τλάμων
ὁ πόσις, ὅ - τι ποτὲ τὰν τάλαιναν ἔσχεν
κακόν.

Hic ante πόσις articulum adieci hoc sensu: τλάμων ἐστὶν ὁ πόσις. Fortasse tamen Euripides scripsit ὅτι ποτ' ἄρα, ut paulo ante eodem versus loco legimus in Rhes. 135. Bacch. 1168.

φέρομεν ἐξ ὀρέων
ἕλικα νε - ότομον ἐπὶ μέλαθρα μακάριον θή-
ραν.

ant. 1183.

νέος ὁ μόσχος ἄρ-
τι γένυν ὑ - πὸ κόρυθ' ἁπαλότριχα κατάκο-
μον βάλλει.

Etsi enim in plerisque horum locorum breves syllabae cum proximo dochmio coniunctae iambicos numeros offerant hoc modo:

⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ –

τί δέ με τάδε χρέος ἀπύεις.
ὃν ἔτεκες ἄροτον αὐτόχει – ρι.

tamen, si eam nobis legem recte iniunximus, ut, quantum fieri posset, simplicitati consuleretur, ea ratio antehabenda erit, qua omnes hi loci ad unam normam exigantur. Quamobrem, quum tres loci, quos a principio proposuimus, propter antistropham iambicum numerum repudient, a ceteris quoque ut amoveamus, satis videtur esse causae. Verum quemnam numerum quatuor istas syllabas habuisse existimabimus? An ad instar baseos accentu rhythmico omnino caruerunt? Hoc quidem ne statuatur, quum alia, tum hoc potissimum obstat, quod, secus atque alias in basi fieri scimus, easdem hic semper antistropha syllabas repraesentat. An dactylum eas effecisse dicamus anapaestumve, arsi in duas breves soluta? At haec solutio licet non sine exemplo sit, raram tamen fuisse concedendum est; neque intelligitur, qui factum sit, ut ne in uno quidem illorum locorum purum sive dactylum sive anapaestum poetae adhiberent. Unus igitur restat numerus trochaicus, secundum quem pro amphibracho has syllabas fuisse, ideoque alteram earum accentum habere statuendum est. Atque concordat hoc cum illis, quae supra p. 140. seqq. de thesi trochaica dochmiacae anacrusi praemissa exposita sunt. Haud tamen quaquam, si quis probabiliorem aliam explicationem in medium proferat, acrem me meae sententiae vindicem experietur.

§. 62.

Tres denique breves syllabas dochmiis adiunxit Euripides his locis. Phoeniss. 1293.

ἔλεος - ἔλεος ἔμολε ματέρος δειλαίας,
δίδυμα - τέκεα πότερος ἄρα πότερον αἱμάξει.

ant. 1307.

πέσεα - πέσεα δαΐ' αὐτίχ' αἱμάξετον,
τάλανες - ὅτι ποτὲ μονομάχον ἐπὶ φρέν' ἠλθέτην.

Iphig. Aul. 1475.

ἄγετέ - με τὰν Ἰλίου.

ant. 1510.

ἴδε - σθε τὰν Ἰλίου.

Ac vereor, ne eiusdem generis sit Troad. 260.

τί δ'; ὅ νε - οχμὸν ἀπ' ἐμέθεν ἐλάβετε τέκος, πῦ μοι;

et Orest. 179.

τὸν Ἀγα - μεμνόνιον ἐπὶ δόμον.

ant. 200.

ὀλόμεθ' - ὀλόμεθ' ἰσονέκυε.

de quo tamen loco infra dicetur. Hec. 1093.

ἴτ' ἴτε - μόλετε πρὸς θεῶν.

ant. 1097.

δεινὰ - δεινὰ πεπόνθαμεν.

nam alterum δεινὰ exterminatum nôlim. — Cum his comparari potest Troad. 1236.

πιτύλους διδοῦσα - χειρὸς ἰώ μοί μοι.

ant. 1238.

Ἑκάβη σάφ' ἔννεπε - τίνα θροεῖς αὐδάν;

Hos locos si recte huc retulimus, apparet, tres illas breves syllabas nunc pro iambo, nunc pro trochaeo fuisse. Iambum vindicet locus Iphi-

geniae, in quo purum antistropha iambum habet. Una ea dubitatio residua est, quod versus iste etiam pro Cretico haberi potest cum iambica anacrusi. Vid. supra p. 144. Etiam in Phoenissarum loco initiales illas syllabas ideo pro iambo accipere malim; quod hoc modo in repetitis vocabulis ἔλεος et πέσεα accentus rhythmicus eadem sede manet. In Hecubae tamen loco, si ea, quam exhibuimus, librorum lectio utrobique servanda est; aperte tres breves syllabae, a quibus strophicus versus orditur, trochaeum valent. Trochaeum etiam defendent ea, quae §. 61. de quatuor brevibus syllabis sic positis disputavimus. Nam si quatuor illae amphibrachi vim habuerunt, has tres trochaei loco fuisse probabile est. Prima enim amphibrachi syllaba sublata, remanet trochaeus. Ceterum trochaicum numerum non ultra has tres syllabas, etiamsi fieri id possit, continuandum puto eadem de causa, ob quam post quatuor syllabas iambici numeri terminum constituimus.

§. 63.

Antispastus dochmiis praemittitur Aeschyl. Choeph. 71.

βαίνοντες τὸν — χειρομυσῆ φόνον
καθαίροντες — ῥέουσιν μάτην.

In altero librorum lectio est *ἴουσαν ἄτην*; non minus metro quam sensui contraria. Ex omnibus virorum doctorum coniecturis verisimillima certe est Heathii emendatio *ῥέουσι μάταν*. Vulgaris tamen forma *μάτην* retineri potest, quum in antistrophico sit *παχνουμένη*, non *παχνουμένα*. Antistrophicos enim puto v. 80 et 81.

ματαίοισιν – τύχαις δεσποτᾶν
κρυφαίοις πέν – θεσι παχνουμένη.

Vulgo δεσποτᾶν τύχαις. Idem versus esse videtur in Choeph. 812.

ὁμοῦ κρεκτὸν – γοήτων νόμον.

cuius antistrophicum opinor esse 831. Sed est haec et stropha et antistropha tantis corruptelis inquinata, vix ut in integrum sine libris restitui possit. De Eur. Suppl. 1078. dictum est §. 57. p. 141. Eodem fortasse numero habendus est Choeph. 138.

ὦ πότνι' Ἥρα, ἔλακον ἀξόνων.

ant. 145.

ὦ φίλ' Ἄπολλον, κόναβος ἐν πύλαις.

Hiatus inter Ἥρα et ἔλακον est in compellatione. Item Eur. Troad. 512.

ἰδοῦ ἰδοῦ μα – κάριος ὁ γαμέτας.

ant. 328.

ὁ χορὸς ὅσιος – ἄγε σὺ Φοῖβέ νιν.

Atque ita arbitratur Hermannus. Ultimum exemplum, quod ad manum est, legitur in Bacchis v. 1018.

ἴθ' ὦ Βάκχε, θηραγρέταν Βακχᾶν.*)

---

*) Quae sequuntur ita distinguo:

γελῶντι – προσώπῳ περίβαλε βρόχον ἐπὶ θανάσι–
μον ἀγέλαν πεσόντα τὰν Μαινάδων.

Vulgo θηραγρέτα. Musgravius et Brunckius corrigunt θηραγρέτᾳ et πεσόντι. Ne duplici mutatione indigeamus, servato accusativo πεσόντα ex θηραγρέτα feci θηραγρέταν.

§. 64.

Venimus ad eorum numerorum enarrationem, qui dochmiis in fine adhaerent. Atque ex Trochaeis hos locos commemoratione dignos censuimus. Aeschyl. Sept. ad Theb. 550.

ἀνοσίων ἀνδρῶν – εἴθε γὰρ θεοί.

ant. 614.

ἐπιμόλως· πύργων δ' – ἔκτοθεν βαλών.

Eur. Iph. Aul. 1497.

ἰὼ γᾶ μᾶτερ – ὦ Πελασγία.

ant. 1529.

κλεινότατον ςέφανον – ἀμφὶ κρᾶθ' ἑόν.

Ibid. 1486.

αἵμασι θύμασί τε – θέσφατ' ἐξαλείψομεν.

ant. 1519.

Ἀχαιῶν θέλων – Ἰλίου πόλιν μολεῖν.

Hercul. Fur. 107.

ὑπώροφα μέλαθρα
καὶ γεραιὰ δέμνι' ἀμφὶ βάκτροις.

ant. 119.

μὴ προκάμητε πόδα
βαρύ τε κῶλον ὥςτε πρὸς πετραῖον.

Fortasse etiam trochaici sunt Aeschyl. Agam. 1095. et Eur. Electr. 485. de quibus locis vid. §. proxima. Aeschyl. Sept. ad Theb. 220.

πύργος ἀποςέγοι.
τίς τάδε νέμεσις ςυγεῖ;

ant. 225.

τάνδ' ἐς ἀκρόπτολιν,
τίμιον ἕδος ἱκόμαν.

Certe neque hiatu nec syllaba ancipiti hic versus necessario a praegressa oratione separatur.

§. 65.

In Iambum dochmii desinunt Aeschyl. Sept. ad Theb. 190.

πηδαλίων διὰ - ςόμα.

ant. 199.

πρὸς μακάρων λιτὰς - πόλεως.

Eur. Phoeniss. 1560.

ἐπὶ κάρα τε λευκοπήχεις κτύπεις - χεροῖν.

Troad. 310.

λαμπάσι τόδ' ἱερόν · ὦ Ὑμεναῖ' Ὑμὴν-ἄναξ.

ant. 327.

ὡς ἐπὶ πατρὸς ἐμῦ μακαριωτάταις - τύ-χαις.

Vide, an huc quoque pertineant Phoeniss. 182.

ὡς ἀτρεμαῖα κέν - τρα καί.

ant. 191.

αἰθαλόεν φάος - σύ τοι.

Aeschyl. Agam. 1093.

τί τόδε νέον ἄχος - μέγα.

ant. 1100.

τὸν ὁμοδέμνιον - πόσιν.

Eur. Electr. 485.

ἔτ' ἔτι φόνιον ὑπὸ - δέραν.

Nam, quum omnes hos versus dochmii praegrediantur, videri potest in hoc numero, quoad liceat, esse perseverandum, unde haec, quam dedimus, distributio promanat. Nec tamen certum hoc ideo dixerim, quod his omnibus locis eundem syllabarum modulum antistropha retineat, quo fit, ut Phoenissarum versus etiam dactylicus logaoedicus et duo posteriores trochaici esse possint, qualem trochaicum paulo ante §.

61. fin. ab Aeschylo Sept. ad Theb. 220. usurpatum vidimus.

Diiambum dochmio subiecit Aeschylus Choeph. 45.

φοβοῦμαι δ' ἔπος - τόδ' ἐκβαλεῖν.

ant. 57.

φοβεῖται δέ τις; - τὸ δ' εὐτυχεῖν.

Ibid. 794. bis:

ἄγετε τῶν πάλαι - πεπραγμένων.
λύσασθ' αἷμα προς - φάτοις δίκαις.

ant. 806.

πολλὰ μὲν, ἄσκοπον δ' - ἔπος λέγων.
νύκτα πρό τ' ὀμμάτων - σκότον φέρει.

de quo loco infra. Eodem modo Eur. Med. 1255.

(τᾶς) σᾶς γὰρ ἀπὸ χρυ - σέας γονᾶς
ἔβλαστεν, θεῶν δ' - αἷματι πιτνεῖν.

ant. 1265.

δειλαία, τί σοι - φρενῶν βαρὺς
χόλος προσπιτνεῖ - καὶ δυσμενής.

Aeschyl. Eum. 151.

ἔτυψεν δίκαν - διφρηλάτου.

ant. 157.

κρατοῦντες τὸ πᾶν - δίκας πλέον.

Hic et in Medeae loco, licet iterum dochmii sequantur, iambos tamen praegresso potius quam sequenti dochmio adiunxerim. Rhes. 136.

πυρὰ κατ' ἀντίπρω - ρα ναυστάθμων.

ant. 200.

τὰ δὲ παρ' ἀνδράσιν - τέλειά σοι.

Etiam Choeph. 816., si lectio sana est, huc pertinet:

τόδ', ἄτα δ' ἀπὸ - στατεῖ φίλων.

Dimetrum iambicum cum dochmio coniunxit Aeschyl. Sept. ad Theb. 406.

τρέμω δ' αἱματη - φόρυς μόρυς ὑπὲρ φίλων.

ant. 440.

δόμον, πωλικῶν θ' - ἑδωλίων ὑπερκόπῳ.

§. 66.

Etiam iambi catalectici dochmiis annectuntur, ut Aeschyl. Sept. ad Theb. 82.

ἔτυμος ἄγγελος ἐ - λεδεμνάς.

ant. 89.

εὐ - τρεπὴς ἐπὶ πόλιν - διώκων.

Agam. 735. ubi ita versus divido:

παραυτὰ δ' ἂν ἐλθεῖν ἐς Ἰλίυ πόλιν
λέγοιμ' ἂν φρόνημα μὲν νηνέμυ - γαλάνας.
ἀκασκαῖον δ' ἄγαλμα πλύτυ.

ant. 745.

παλαίφατος δ' ἐν τοῖς βροτοῖς γέρων λόγος
τέτυκται, μέγαν τελεσθέντα φω - τὸς ὄλβον
τεκνῦσθαι, μηδ' ἄπαιδα θνήσκειν.

Pro δ' ἐν τοῖς Hermannus emendavit δέ τις. Pers. 658.

ἔλθ' ἐπ' ἄκρον κόρυμ - βον ὄχθυ.

ant. 666.

δέσποτα δεσπότυ - φάνηθι.

nam quo minus hunc pro dactylico logaoedicó habeam, permovet me hoc, quod etiam hic, sicuti superioribus locis, dochmiaci praecessere. Eur. Phoeniss. 1515.

τοιάδ' ἄχεα φανερὰ - τάλαινα.

ant. 1519.

μονομά-

τορος ἐμοῖς ἄχεσι - συνῳδός.

Soph. Ai. 702.

Ἰκαρίων δ' ὑπὲρ πελαγέων μολὼν - ἄναξ Ἀπόλλων.

ant. 715.

κὐδὲν ἀναύδητον φατίξαιμ' ἄν, εὖ - τέ γ' ἐξ ἀέλπτων.

vid. supr. p. 47. Atque omnino in eam opinionem inclino, ubi iambici catalectici dochmiacos sequantur, eos, quotiescunque fieri possit, cum dochmiacis arcte esse coniungendos. Namque amant Tragici numeros usque ad catalexin continuare, quare iambos a praegresso numero nolim voce separari eiusmodi locis, quales sunt Aeschyl. Prom. 580.

δείματι δειλαίαν

παράκοπον ὧδε τείρεις;

ant. 600.

νήστισιν αἰκίαις

λαβρόσυτος ἦλθον Ἥρας.

Postremam vocem certissima coniectura Hermannus ex Scholiasta reponendam esse vidit. Ibid. 570.

ὁ δὲ πορεύεται δόλιον ὄμμ' ἔχων,

ὃν οὐδὲ κατθανόντα γαῖα κεύθει.

Sept. ad Theb. 112.

πάτερ παντελὲς

πάντως ἄρηξον δαΐων ἅλωσιν.

ant. 125.

Κάδμου ἐπώνυμον

πόλιν φύλαξον, κήδεσαί τ' ἐναργῶς.

Eur. Phoeniss. 300.

γονυπετεῖς ἕδρας προςπιτνῶ σ', ἄναξ,
τὸν οἴκοθεν νόμον σέβουσα.

Nec tamen coniunxit Sophocles Philoct. 1098. coll. 1120. (vid. supra p. 48.) et Electr. 1389. quibuscum comparari potest Aeschyl. 1107. (1123. Stanl.) quamquam hoc loco hiatus duplici interrogatione leniatur.

§. 67.

Cretico numero dochmiaci terminantur Aeschyl. Sept. ad Theb. 85.

δίκαν ὕδατος ὀρε - ο κ τ ύ π ο υ.
ant. 92.
ποτιπέσω βρέτη - δ α ι μ ό ν ω ν.

Conf. etiam Aiacis locum v. 902. quem paulo ante p. 144. transscripsimus. Eur. Phoeniss. 172.

ἑῴοις ὅμοια φλεγέθων βολαῖς - ἀ ε λ ί ο υ.
ant. 196.
'Αμυμωνίοις ὕδασι δουλείαν - π ε ρ ι β α λ ώ ν.
Iphig. Taur. 863.
ἀπάτορ' ἀπάτορα πότ - μ ο ν ἔ λ α χ ο ν.
ant. 861.
φεῦ φεῦ χερνίβων - τ ῶ ν ἐ κ ε ῖ.
Aeschyl. Agam. 1110.
κατολολυξάτω - θ ύ μ α τ ο ς λ ε υ σ ί μ ο υ
ant. 1121.
δολοφόνου λέβη - τ ο ς τ ύ χ α ν σ ο ὶ λ έ γ ω.
Prom. 588.
κλύεις φθέγμα τᾶς - β ο υ κ έ ρ ω π α ρ θ έ ν ο υ.

ita enim cum Robortello legendum. Antistropha 607.

θρόει, φράζε τᾷ - δ υ ς π λ ά ν ῳ π α ρ θ έ ν ῳ.

§. 68.

Quod dactylicos numeros attinet, dochmiis in fine appositos, primum anapaestus invenitur, isque in iambum desinens, Soph. Trach. 845,

μολόντ' ὀλεθρίαι - σι συναλλαγαῖς.

ant. 856.

κελαινὰ λόγχα - προμάχυ δορός.

Nisi tamen, quae Hermanni sententia est, hic antispastum dochmius sequitur. Soph. Trach. 205.

ἀνολολύξατε, δόμοι ἐφεςίοις - ἀλαλαῖς.

Ita Erfurdtius ex Ald. et Brub. edidit. Praestare tamen videtur ceterorum librorum lectio ἀλαλαγαῖς, quae dochmios Cretico terminat.

Crebro dochmiaci versu clauduntur, qui dactylicus logaoedicus esse videtur, ut Aeschyl. Sept. ad Theb. 672.

ἄ - τα φερέτω· κακῦ δ'
ἔκβαλ' ἔρωτος ἀρχάν.

ant. 678.

ἀν - δροκτασίαν τελεῖν
αἵματος ἐ θεμιςῦ.

et paulo post 685.

Ἐριν - νὺς, ὅταν ἐκ χερῶν
θεοὶ θυσίαν δέχωνται.

Male legitur ὀὐτ' ἄν. Antistropha 692.

ἔλ - θοι θαλερωτέρῳ
πνεύματι· νῦν δ' ἔτι ζεῖ.

Eiusd. Suppl. 396.

ἑλόμενος δίκαν
κρῖνε σέβας τὸ πρὸς θεῶν.

ant. 408.

ῥεπομένων, μεταλ-
γεῖς τὸ δίκαιον ἔρξαι;

Ibid. 679.

λοιγὸς ἐπελθέτω,
τάνδε πόλιν δαΐζων.

ant. 689.

Ζεὺς ἐπικραινέτω
φέρματι γᾶν πανώρῳ.

Ibid. 752.

κόρακες ὥστε βω-
μῶν ἀλέγοντες οὐδέν.

ant. 758.

κυνόθρασεῖς, θεῶν
οὐδὲν ἐπαΐοντες.

Eum. 779.

κόραι δυστυχεῖς
νυκτὸς, ἀτιμοπενθεῖς.

Etiam ubi iterum dochmiaci sequuntur, Eum. 163.

μυχὸν ἐχράνατ᾽ αὐ-
τόσσυτος, αὐτόκλητος,
παρὰ νόμον θεῶν cet.

ant. 168.

ὑπό τε γᾶν φυγὼν
οὔ ποτ᾽ ἐλευθεροῦται,
ποτιτρόπαιος ὢν cet.

Soph. Oed. Col. 1557.

τὰν ἀφανῆ θεὸν
καὶ σὲ λιταῖς σεβίζειν,
ἐννυχίων ἄναξ.

ant. 1568.

σῶμά τ᾽ ἀνικάτου

θηρὸς, ὃν ἐν πύλαισι
φασὶ πολυξέςοις.

qui versus, undique sanissimi, importunam aliquoties Criticam experti sunt. — Idem versus ter deinceps post dochmiacum ponitur Aeschyl. Suppl. 656.

Τοιγὰρ ὑποσκίων ἐκ ςομάτων ποτάσθω φιλότιμος εὐχά·
μήποτε λοιμὸς ἀνδρῶν
τῶνδε πόλιν κενῶσαι.

ant. 677.

καὶ γεραροῖσι πρεσβυτοδόκοι γεμόντων θυμέλαι, φλεγόντων θ',
ὡς πόλις εὖ νέμοιτο,
Ζῆνα μέγαν σεβόντων.

Omnes hi versus, uti dictum est, pro dactylicis logaoedicis haberi possunt; sed possunt etiam esse dochmiaci hypercatalectici. Pro illa explicatione afferri potest hoc, quod nusquam, ut vidimus, syllabae initiales in antistropha mutantur, ut inde dochmiacum indiciis suis dignoscas. Ac sicubi prima syllaba brevis est, eandem tuetur antistropha, veluti Aeschyl. Sept. 406.

ὀλομένων ἰδέσθαι.

ant. 440.

δορί ποτ' ἐκλαπάξαι.

Nec multum probat locus Aeschyl. Suppl. 630.

νῦν, ὅτε καὶ θεοὶ
διογενεῖς κλύοιτ' εὐκταῖα γένει χεύσας.

ant. 643.

οὐδὲ μετ' ἀρσένων

ψῆφον ἔθεντ' ἀτιμώ-
σαντες ἔριν γυναικῶν.

Praeterquam enim, quod vox διογενεῖς primam producere potest, versus ita quoque possunt distingui, ut dimetrum dochmiacum excipiat logaoedicus cum iambica anacrusi. —Praeterea longior dactylicus logaoedicus dochmiaci carminis finem occupat Sept. ad Theb. 468.

ὡς δ' ὑπέραυχα βάζουσιν ἐπὶ πτόλει
μαινομένᾳ φρενὶ, τώς νιν
Ζεὺς νεμέτωρ ἐπίδοι κοταίνων.

ant. 508.

δαίμονος, ἐχθρὸν εἴκασμα βροτοῖς
τε καὶ
δαροβίοισι θεοῖσιν
πρόσθε πυλᾶν κεφαλὰν ἰάψειν.

Pherecraticum eodem modo adhibuit Aeschyl. Agam. 1403.

ἀπόπολις δ' ἔσει
μῖσος ὄβριμον ἀστοῖς.

ant. 1422.

στερομέναν φίλων
τύμμα τύμματι τῖσαι.

Breviorem alium Euripides Phoeniss. 1533.

γεραι - ὸν πόδα δεμνίοις
δύστανος ἰαύων.

ant. 1539.

νέκυν ἔνερθεν ἢ
ποτανὸν ὄνειρον.

Cf. Soph. Ai. 912. coll. 959. Haec omnia haud levi sunt argumento, numeros istos dactylicos esse logaoedicos. Alteram tamen sen-

tentiam, qua pro dochmiacis hypercatalecticis haberi possunt, commendat vicinus numerus dochmiacus, cui assueta vox, nulla cogente necessitate, aegre alium numerum videtur admittere. Nec negaverim, interdum dochmiacos dochmio hypercatalectico terminari. Soph. Oed. R. 1316.

ἀδάματόν τε καὶ — δυςούριςον. οἴμοι
  ant. 1324.
ὑπομένεις με τὸν — τυφλὸν κηδεύων.
φεῦ.

Certe talem locum sine libris mutare nefas duco. Oedip. Col. 1455.

αὖ — θις αὔξων ἄνω — ἔκτυπεν αἰθὴρ, ὦ
Ζεῦ.
  ant. 1470.
ἄνευ ξυμφορᾶς — ὦ μέγας αἰθὴρ, ὦ Ζεῦ.

Nam quem alium numerum postremus versus habere possit, non reperio. (Ne quis offendatur hiatu verborum ἄνω et ἔκτυπεν, monemus, eo loco repente orationem abrumpi.) De Eur. Troad. 319. coll. 335. et Hercul. Fur. 879. res incertior est. Sed Aeschyl. Pers. 663. carmen, quod cum aliis numeris etiam dochmiacos continet, desinit in hunc numerum:

ἄκακε Δαρειάν. οἶ.

qui pariter dochmii hypercatalectici mensuram habet, nisi quis exclamationem οἶ extra versum ponere velit. Ac videtur profecto dochmius hypercatalecticus rectius certe claudere dochmios, quam incipere, quamquam etiam hoc Aeschylum admisisse probabile sit Agam. 1128.

ἰὼ ἰὼ ταλαίνας
κακόποτμοι τύχαι.

ant. 1148.

ἰὼ ἰὼ λιγείας
μόρον ἀηδόνος.

Prometh. 572.

ἀλλ' ἐμὲ τὰν τάλαιναν
ἐξ ἐνέρων περῶν.

Quamquam in Agamemnonis loco epiphonemata etiam separatim poni possunt, ut Bacchius solum dochmiis praemissus sit.

Denique usitatissimo illo in Tragicorum systematum finibus versu, de quo supra diximus p. 28., dochmiaci quoque aliquoties terminantur, qui versus ab antispasto in iambos catalecticos transit. Exempla aliquot habet carmen Aeschyl. Sept. ad Theb. a v. 78. ut v. 119.

δορυσσόοις σάγαις, πύλαις ἑβδόμαις
προσίςανται, πάλῳ λαχόντες.

cf. v. 116. 131. (Etiam in initio dochmiacorum hic versus legitur ibid. v. 113. 128. in medio v. 123.) Suppl. 681.

ἄχορος, ἀκίθαρις, δακρυογόνον Ἄρη,
βοὰν δ' ἔνδημιον ἐξοπλίζων.

ant. 691.

πρόνομα δὲ βοτὰ τῶς πολύγονα τελέθοι·
τὸ πᾶν δ' ἐκ δαιμόνων λάβοιεν.

Videtur eiusdem generis esse ibid. v. 352.

ἠλιβάτοις, ἵν' ἀλκᾷ πίσυνος μέμυ-
κε φράζουσα βοτῆρι μόχθους.

Ne quis miretur fractum vocabulum in tam usitato metro, conferre licet Eur. Heracl. 782. ubi versus, in stropharum finibus non minus usitatus, a medio vocabulo incipit:

ὀλολύγματα παννυχίοις ὑπὸ παρ-
θένων ἰακχεῖ ποδῶν κρότοισιν.

stropha 775.

στρατὸν Ἀργόθεν· οὐ γὰρ ἐμᾷ γ' ἀρεστᾷ·
δίκαιός εἰμ' ἐκπεσεῖν μελάθρων.

§. 69.

Quod reliquum est, pauca monebimus de iis numeris, quorum cum dochmiis, quos comitantur, rhythmica coniunctio nulla fuit. Ac multa de hoc genere per occasionem iam sunt commemorata, maxime de trochaicis, iambicis, bacchiacis. Ex iis locis, quorum nondum mentio facta est, notatu digniores sunt primum hi iambici: Aeschyl. Agam. 1157.

δυσαλγεῖ τύχᾳ
μινυρὰ κακὰ θρευμένας
θραύματ' ἐμοὶ κλύειν.

ant. 1167.

μελίζειν πάθη
γοερὰ θανατηφόρα;
τέρμα δ' ἀμηχανῶ.

Vulgo θανατοφόρα, *) quae lectio dochmium praebet, unde coniici possit, in stropha male additum esse κακά. Sed illa ratio facilior est. Idem versus, sed sine anapaestica anacrusi, dochmios disiungit Agam. 1402.

δημοθρόους τ' ἀράς;
ἀπέδικες, ἀπέταμες·
ἀπόπολις δ' ἔσει.

---

*) In contrariam partem a librariis peccatum est Aeschyl. Suppl. 706. ubi pro δαφνηφόροισι reponendum est δαφνοφόροισιν.

ant. 1421.

αἵματος ὁ πρέπει
ἀτίετον· ἔτι σε χρὴ
στερομέναν φίλων.

In antistropha tamen librorum lectio est εὐπρέπειαν τίετον pro οὐ πρέπει ἀτίετον, in qua fortasse aliud quid latet. — Eur. Bacch. 980.

μάτηρ πρῶτά νιν λευρᾶς ἀπὸ πέτρας
ἢ σκόλοπος ὄψεται
δοκεύοντα· Μαινάσιν δ' ἀπύσει.

antistr. 1000.

γνώμαν σώφρονα θάνατος ἀπρόφασιστος
εἴς τά τε θεῶν ἔφυ,
βροτείῳ τ' ἔχειν ἄλυπος βίος.

Antistrophae emendationem me sagacioribus commendo, satis habens monuisse, Aldum pro εἴς legere εἰ, quod Brunckius edidit. Dimetrum iambicum post dochmiacum legimus Agam. 1082.

μισόθεον μὲν οὖν, πολλὰ συνίστορα
αὐτόφονα κακά τε κἀρτάνας.

ant. 1087.

μαρτυρίοισι γὰρ τοῖσδ' ἐπιπείθομαι
κλαιόμενα τάδε βρέφη σφαγάς·

quem iambicus trimeter excipit. — Alium e quinque iambis conflatum eodem modo usurpavit Soph. Oed. R. 1329.

Ἀπόλλων τάδ' ἦν, Ἀπόλλων, φίλοι,
ὁ κακὰ τελῶν ἐμὰ, τάδ' ἐμὰ
πάθεα.

ant. 1349.

ὄλοιθ' ὅστις ἦν, ὃς ἀγρίας πέδας

νομάδος ἐπιποδίας μ' ἀπό τε
φόνυ.

Cf. supra p. 107.

§. 70.

Logaoedicos observavi hos: Soph. Oed. Col. 1479.

ἔα ἰδὲ, μάλ' αὖθις ἀμφίςαται
διαπρύσιος ὄτοβος.
ἵλαος, ὦ δαῖμον.

ant. 1491.

ἰὼ ἰὼ παῖ, βᾶθι, βᾶθ', εἴτ' ἄκραν
ἐπὶ γύαλον ἐναλίῳ
Ποσειδανίῳ.

Vid. supra p. 36. coll. 43. — Eur. Iph. Taur. 847.

χάριν ἔχω τροφᾶς
ὅτι μοι συνομαίμονα
τόνδε δόμοισιν ἐξεθρέψω φάος.

ant. 857.

ἐς κλισίαν λέκτρων
δολίαν ὅτ' ἀπαγόμαν.
παρὰ δὲ βωμὸν ἦν δάκρυα καὶ γόοι.

Legitur ἀγόμαν, quod retineri potest, si legas ὁπότ' pro ὅτ'. — Hic etiam apponere placet aliquot alios, qui a dochmiis separandi videntur. Rhes. 692.

τίς ἀνδρῶν ὁ βάς;
τίς, ὅς μέγα θράσος ἐπεύξεται,
χεῖρα φυγὼν ἐμάν;

ant. 710.

ἔβα καὶ πάρος

κατὰ πτόλιν ὕπαφρον ὄμμ᾽ ἔχων,
ῥακοδύτῳ στολῇ.

quem versum logaoedicum esse inde suspicor, quod idem in eodem carmine recurrit v. 702.

τίς ἢ πόθεν ἢ ποίας πάτρας;
ὁποῖον εὔχεται cet.

ant. 720.

ὄλοιτο δ᾽, ὄλοιτο πανδίκως,
πρὶν ἐπὶ γᾶν Φρυγῶν.

Eur. Hec. 1067.

ἀκέσαι ἀκέσαιο, τυφλὸν, ἅλιε,
φέγγος ἀπαλλάξας.

ant. 1082.

ἐπὶ τάνδε συνθεὶς τέκνων ἐμῶν φύλαξ
ὀλέθριον κοίταν.

ubi tamen ultimam ἅλιε propter vocativum poeta fortasse productam voluit.

Iambelegos in dochmiacis carminibus reperimus Soph. Aiac. 910.

ἄφρακτος φίλων.
ἐγὼ δ᾽ ὁ πάντα κωφὸς, ὁ πάντ᾽ ἄϊδρις
κατημέλησα, (πᾶ πᾶ) κεῖται ὁ δυστρά-
πελος
δυσώνυμος Αἴας.

ant. 956.

πολύτλας ἀνὴρ,
γελᾷ δὲ τοῖσι μαινομένοις ἄχεσιν
πολὺν γέλωτα, (φεῦ φεῦ) ξύν τε διπλοῖ
βασιλῆς
κλύοντες Ἀτρεῖδαι.

Eur. Orest. 1264.

δόχμια νῦν κόρας διάφερ᾽ ὀμμάτων.

ἐκεῖθεν ἐνθάδ', εἶτα πάλιν. ΧΟΡ.
σκοπιὰν
ἔχομεν, ὡς θροεῖς.

ant. 1281.

φέρε νυν ἐν πύλαισιν ἀκοὰν βάλω.
τί μέλλεθ' οἱ κατ' οἶκον ἐν ἡσυχίᾳ
σφάγια φοινίσσειν;

Bacch. 1175.

κατεφόνευσέ νιν.
ΧΟΡ. τίς ἁ βαλοῦσα πρῶτά γ'; ΑΓ. ἐμὸν
τὸ γέρας.
μάκαιρ' Ἀγαύη κληζόμεθ' ἐν θιάσοις.

ant. 1191.

τάχα δὲ Καδμεῖοι.
ΧΟΡ. καὶ παῖς γε Πενθεύς; ΑΓ. ματέρ' ἐπαινέσεται
λαβοῦσαν ἄγραν τάνδε λεοντοφυῆ.

Cf. etiam Ion. 1441. et Hippol. 1770.

Sed abstinemus plura de hoc genere disputare, in quo, uti dictum est, poetae suo quisque ingenio ac sensui indulgere poterant. Quaedam etiam tam sunt vulgaria, ut cuique, qui vel in transcursu Tragicos inspexerit, non possint non obvia esse, veluti senariorum iambicorum in dochmiacis carminibus usus. Magis commemoratione digna videtur dochmiacorum et anapaestorum alternatio, qualis est in Eur. Hec. a v. 1056. coll. Phoeniss. a v. 1290. Aeschyl. Pers. 925. 928. 930. 939. (934. 937. 939. 950. Stanl.) si tamen, quod profecto probabile est, isti dochmiaci sunt. Cum quo carmine haud abs re est comparare Eur. Hec. versibus

181. 183. 186. 188. 191. 194. et Soph. Oed. R. 1311. ubi anapaestos terminari puto hoc dochmio:

δαῖμον, ἵν' ἐξήλω.

Pariter etiam in Glyconeis carminibus dochmii reperiuntur, ut Soph. Aiac. v. 693. 715. Philoct. 177. 1090. seqq. Eur. Electr. 143. 160. 709. 723. et saepius. In Eur. Phoeniss. 345. iambicum systema in dochmium desinere significatum supra est p. 121. Nemo tamen quisquam exspectabit, ut omnes, quoscunque Tragica Graecorum carmina continent, dochmii hic indicentur.

DE

VERSIBUS
DOCHMIACIS
TRAGICORUM GRAECORUM

SCRIPSIT

AUGUSTUS SEIDLER

PARS POSTERIOR

LIPSIAE

SUMTIBUS GERHARDI FLEISCHERI IUN.

MDCCCXII.

ARGUMENTUM PARTIS POSTERIORIS.

Post praemonitum p. 179. haec describuntur Tragicorum carmina:

PARS POSTERIOR

ARGUMENTI PRACTICI.

Hactenus tristi illo disputationis genere, quod ad construendum aedificium singulos lapidulos captat et cumulat, lectores nostros satis diu defatigavimus. Quos, relicto hoc arido nudoque campo, aliquantulum recreare licet laetiori integrorum carminum dochmiacorum adspectu, maiorem quandam, ita opinamur, pristinae imaginis similitudinem praeferentium. Visum est enim, pleraque Tragicorum carmina dochmiaca, ad nostram mentem ordinata et emendata, huc transscribere, partim quo fides addatur iis, quae hactenus praecepimus, partim etiam ut, quem usum illa habeant, planius perfectiusque intelligatur. Quae omisimus carmina, eorum descriptio vel satis aperta est et ab aliis iam restituta, vel tam obscura et impedita, ut etiam nos certi aliquid de iis pronuntiare nequeamus. De quibusdam, quorum, quam nos secuti sumus antistrophicam descriptionem, dubia et ambigua videri potest, ita haberi cupimus, ut nostram potius sententiam cum lectore communicare, quam rem absolutam et perfectam afferre vo-

luisse existimemur. Nec quidquam in hoc genere dissimulabimus. Rogamus tamen lectorem, ut priusquam rem diiudicet, nostramve descriptionem reiiciat, diligenter omnia ponderare ceterorumque carminum rationem comparare velit: quandoquidem iis locis, quantum in nobis fuit, dedimus operam, re iterum iterumque perpensa, ne vana argumentorum specie vel nosmet ipsi vel alii illuderentur. Minime hoc admissum velim, ut, si quae meae singulorum locorum emendationes displiceant, eo argumento tota carminis descriptio impugnetur. Satis enim constat, quot et quantis corruptelis ea quoque lyrica Tragicorum carmina, de quorum antistrophica responsione nulla dubitatio est, etiamnum, tot collatis Codicibus MSS., laborent, quorum carminum vix ullum reperias, quod ab omni vitio liberum ad nostram memoriam pervenerit. Videant potius ii, qui eruditione me sunt superiores, iique, quibus Codicum MSS. usus permissus est, qua meliori, quam a me factum est, ratione singulis locis succurri possit. Quamquam peritis haud erit obscurum, in mutandis antiquis lectionibus audaciam nostram non facile modum excessisse, maxime si aliorum, atque in his haud infimorum, Criticorum licentiam recordentur. Ceterum haec carmina eo ordine proponemus, quo in priori opusculi huius parte singulas formas ex iis delibavimus.

I.

Ad p. 12. Aeschyl. Sept. ad Theb. a v. 78 — 164. Hoc carmen, quod profecto e difficilioribus est, iam ante plures annos in strophas et antistrophas a me descriptum est. Quae descriptio quum audaciores aliquot mutationes requireret, quumque prorsus ab Hermanno improbaretur, rem de integro tractandam esse existimabam. Sed quotiescunque, spretis de industria, quae antea reperisse mihi visus fueram, alia meliora quaerebam, factum est semper, ut, quo diligentius numerorum naturam omnemque carminis complexionem considerarem, eadem illa invito sese offerrent. Ad hoc temporis progressu una et altera facilis corruptorum locorum emendatio succurrebat; alia, quae corrupta putaveram, melius perspecta metrorum natura videbam posse retineri; etiam Hermannus latius, quam initio voluerat, antistrophicam responsionem pertinere concedebat; ne multa, veram hodieque esse opinor illam ipsam descriptionem, quae a principio casu potius erat reperta, quam data opera quaesita. Quo autem certius ita mihi persuasum est, tanto magis doleo, quod Hermannum meum ea in re adversarium habeo, qui maiorem huius carminis partem non antistrophicam esse arbitratur. Sed (quid enim diffitear?) nondum omnino de usu non antistrophicorum cum Hermanno mihi convenit, qui in eam partem peccari a me statuit, quod nimis curiose antistrophica quaerere soleam. Eius rei has potissimum habeo causas. Primum in antistrophica carminum conformatione tanta Tragici constantia sunt usi, ut ad centena antistrophica vix singula non antistrophica numerari possint. De

communi igitur illa lege ante omnia cogitandum ubique videtur, ac, si semel peccandum est, maiori iure, opinor, in hanc partem peccatur, quam in contrariam. Quam recte autem legis illius ratio habeatur, usus abunde comprobavit. Ingens enim eorum carminum numerus, quae olim aut ab aliis aut ab Hermanno nobisque ipsis inter non antistrophica censebantur, iam certissimis notis antistrophico generi vindicantur, qui numerus crescit indies. Deinde, si de proodis, mesodis, epodis, brevioribusque aliquot canticis, aequabili plerumque numero insignibus, discesseris, quatenus non antistrophicorum usus in veteri Tragoedia pertinuerit, adhuc coniicere magis quam certis argumentis demonstrare licuit. Sed copiosius de his alio tempore disputabimus. Iam lectoris iudicio nostra carminis illius descriptio subiiciatur.

Π ρ ο ῳ δ ό ς.

Θρεῦμαι
φοβερὰ μεγάλ' ἄχη.

ϛ ρ. ά.

1. Μεθεῖται στρατὸς στρατόπεδον λιπὼν,
2. ῥεῖ πολὺς ὅδε λεὼς πρόδρομος ἱππότας.
3. αἰθερία κόνις με πείθει φανεῖσ'
4. ἄναυδος, σαφὴς, ἔτυμος ἄγγελος ἐλεδεμνάς.
5. πεδί' ὁπλόκτυπ' · ὠσί τ' ἐγχρίμπτεται
6. βοὰ, ποτᾶται, βρέμει δ' ἀμαχέτου
7. δίκαν ὕδατος ὀρεοκτύπου.

ἀ ν τ. α'.

1. ἰὼ ἰὼ ἰὼ, ἰὼ ἰὼ θεοὶ,
2. θεαί τ', ὀρόμενον κακὸν ἀλεύσατε.
3. βοᾷ ὑπὲρ τειχέων ὁ λεύκασπις ὄρ-
4. νυται λαὸς εὔτρεπὴς ἐπὶ πόλιν διώκων.
5. τίς ἄρα ῥύσεται; τίς ἄρ' ἐπαρκέσει
6. θεῶν ἢ θεαινᾶν; πότερα δῆτ' ἐγὼ
7. ποτιπέσω βρέτη δαιμόνων;

ϛ ρ. β'.

1. ἰὼ
2. μάκαρες εὔεδροι, ἀκμάζει βρετέων
3. ἔχεσθαι, τί μέλλομεν ἀγάϛονοι;

ϛ ρ. γ'.

1. ἀκούετ' ἢ οὐκ ἀκούετ' ἀσπίδων κτύπον;
2. πέπλων καὶ ϛεφέων πότ', εἰ μὴ νῦν, ἀμ-
3. φὶ λίταν' ἕξομεν;

ἀ ν τ. γ'.

1. κτύπον δέδορκα· πάταγος οὐχ ἑνὸς δορός.
2. τί ῥέξεις; προδώσεις σὺ, παλαίχθων Ἄ-
3. ρης, γᾶν τὰν τεάν;

ἀ ν τ. β'.

1. ἰὼ,
2. ἰὼ χρυσοπήληξ δαῖμον, ἔπιδ' ἔπι-
3. δε πόλιν, ἅν πότ' εὐφιλήταν ἔθου.

ϛ ρ. δ'.

1. Θεοὶ πολισσοῦχοι χθονὸς,
ἴτ' ἴτε πάντες,
2. ἴδετε παρθένων ἱκέσιον λόχον
3. δουλοσύνας ὕπερ.

ἀντ. δ΄.

1. κῦμα γὰρ περὶ πτόλιν
2. δοχμολοφᾶν ἀνδρῶν καχλάζει πνοαῖς
3. Ἄρεος ὀρόμενον.

ϛρ. έ.

1. Ἀλλ᾽ ὦ Ζεῦ πάτερ παντελὲς
2. πάντως ἄρηξον δαΐων ἅλωσιν.
3. Ἀργεῖοι γὰρ πόλισμα Κάδμου
4. κυκλοῦνται· φόβος δ᾽ ἀρηΐων ὅπλων·
5. διάδετοι δὲ δὴ γενύων ἱππείων
6. κινύρονται φόνον χαλινοί.
7. ἑπτὰ δ᾽ ἀγήνορες πρέποντες στρατοῦ
8. δορυσσόοις σάγαις, πύλαις ἑβδόμαις
9. προσίστανται, πάλῳ λαχόντες.

Μεσῳδός.

σύ τ᾽ ὦ Διογενὲς φιλόμαχον κράτος,
ῥυσίπολις γενοῦ, Παλλὰς, ὅ θ᾽ ἵππιος
ποντομέδων ἄναξ,
ἰχθυβόλῳ μαχανᾷ Ποσειδᾶν,
ἐπίλυσιν φόβων, ἐπίλυσιν δίδου.

ἀντ. έ.

1. σύ τ᾽ Ἄρης, (φεῦ, φεῦ,) Κάδμου ἐπώνυμον
2. πόλιν φύλαξον, κήδεσαί τ᾽ ἐναργῶς.
3. καὶ Κύπρις ἅτε γένους προμάτωρ,
4. ἄλευσον· σέθεν γὰρ ἐξ αἵματος
5. γεγόναμεν· λιταῖσί σε θεοκλύτοις
6. αὐτοῦσαι πελαζόμεσθα.
7. καὶ σὺ, Λύκει᾽ ἄναξ, λύκειος γενοῦ

8. ϛρατῷ δαΐῳ ϛόνων· Λητωΐς
9. τε κούρα, τόξον εὖ πυκάζου.

ϛρ. ζ'.

1. ἒ ἒ ἒ ἒ.
2. ὀτοβον ἁρμάτων ἀμφὶ πόλιν κλύω,
3. ὦ πότνι' Ἥρα.
4. ἔλακον ἀξόνων βριθομένων χνοαί.

ϛρ. η'.

1. Ἄρτεμι φίλα,
2. δορυτίνακτος δ' αἰθὴρ ἐπιμαίνεται.
3. τί πόλις ἄμμι πάσχει; τί γενήσεται;
4. ποῖ δὲ τέλος ἔτ' ἐπάγει θεός;

ἀντ. ζ'.

1. ἒ ἒ ἒ ἒ.
2. ἀκροβόλων δ' ἐπάλξεων λιθὰς ἔρχεται.
3. ὦ φίλ' Ἄπολλον,
4. κόναβος ἐν πύλαις χαλκοδέτων σακέων.

ἀντ. η'.

1. ἐκ δὲ Διόθεν
2. πολεμόκραντον ἁγνὸν τέλος ἐν μάχαις.
3. σύ τε μάκαιρ' ἄνασσ' Ὄγκα πρὸ πόλεως
4. ἑπτάπυλον ἕδος ἐπιῤῥύου.

ϛρ. θ'.

1. ἰὼ παναλκεῖς θεοί,
2. ἰὼ τέλειοι τέλειαί τε γᾶς
3. τᾶςδε πυργοφύλακες,
4. πόλιν δορίπονον μὴ προδῶθ'

5. ἑτεροφώνῳ ςρατῷ.
6. κλύετε παρθένων κλύετε πανδίκως
7. χειροτόνους λιτάς.

ἀντ. ϑ΄.

1. ἰὼ φίλοι δαίμονες
2. λυτήριοί τ᾽ ἀμφιβάντες πόλιν
3. δείξαϑ᾽, ὡς φιλοπόλεις·
4. μέλεσϑε δ᾽ ἱερῶν δημίων,
5. μελόμενοι δ᾽ ἀρήξατε.
6. φιλοϑύτων δέ τοι πόλεος ὀργίων
7. μνήσορες ἔςε μοι.

Schema stropharum hoc est:

Προῳδός. α΄. α΄.

β γ γ β   δ δ   ε μεσ. ε   ζ η ζ η   ϑ ϑ.



Apte quae ad sensum prooemii instar sunt, efficiunt proodum. Quae proodus cum prima stropha et antistropha ad sequens systema non pertinent. Videntur illae ad universum chorum pertinuisse, quum reliquas quindecim strophulas a singulis quindecim chori personis cantatas esse probabile sit. Firmat eam coniecturam Scholiastes, qui ad ipsam stropham β΄, quae in systematis initio est, v. 94. haec annotat: ταῦτα δὲ τινὲς τῶν τοῦ χοροῦ γυναικῶν πρὸς τὰς ἑτέρας φασίν.

ςρ. α΄. 2. ὅδε habet Mosq. 1.; vulgo ὧδε, quod si quis retinere velit, λεὼς erit monosyllabon.

v. 4. Libri ad unum omnes ἐλεδεμνὰς, idque antistrophico metro bene convenit. Scholiastes editus idem habuit, qui explicat ὁ ἐλαύνων καὶ διεγείρων τῶν δεμνίων. Quae explicatio simul indicat, Scholiastam hoc epithetum coniunxisse cum praegresso nomine ἄγγελος, non cum sequenti βοά. Ad sensum etiam mihi quidem satis videtur aptum. Namque in urbe obsessa, ubi pulvis ab appropinquante hostium excercitu excitatus conspicitur, non vacat quieti indulgere, sed concurritur undique ad arma. At vero Hermanni iudicio haec compositio plane non graeca est, cui quid opponam, profecto non habeo. Legit Hermannus ἐλέδεμας, quam ingeniosam coniecturam firmat explicatione Scholiastae, quem ipse e Libris MSS. exscripsit. Sed antistropha eam vocabuli quantitatem postulat, quam librorum lectio offert in voce ἐλεδεμνάς. Nec offensionem habet id, quod prima vocis syllaba praecedentis dochmii ultima est, vid. supra p. 60 seq. not. An fortasse Aeschylus, ut penultima produceretur, pro ἐλέδεμας scripsit ἐλέδεμνας, ut dicitur νώνυμνος pro νώνυμος et apud Homerum ὑπεμνήμυκεν pro ὑπεμήμυκεν?

v. 5. Robortellus et Victorius: πεδιοπλόκτυπός τ' ἐγχρίμπτεται. Aldus: πεδιοπλόκτυπός τε χρίμπτεται. Ceteri cum duobus Mosqq. et Guelf. ὠτὶ sive ὠσὶ inserunt, quod etiam Scholiastes agnoscit. Sed hic aperte legit πεδί' ὁπλόκτυπ' ὠσὶ χρίμπτεται βοάν. Explicat enim sic: καὶ τὸ τῆς γῆς μου πέδον κατακτυπούμενον τοῖς ποσὶ τῶν ἵππων καὶ τοῖς ὅπλοις ποιεῖ μου τοῖς ὠσὶ προσπελάζειν τὸν ἦχον. Idem apparet

ex sequenti glossa: *βρέμει.*) ἠχεῖ τρόπον ποταμῶν τὰ πεδία τῆς γῆς μου. Hinc mutavi lectionem πεδιοπλόκτυπος, maxime, quod etiam sequentia rectius videntur praedicari de bellico clamore generatim, quam de solo ungularum strepitu. Nostra ratione etiam τε ante ἐγχρίμπτεται retineri potest. Ac si rem recte perpendas, satis insolens est compositio πεδιοπλόκτυπος, quam tamen Hermannus bene ita defendit, ut a verbo ὁπλοκτυπεῖν derivandam esse dicat. Lectionis autem diversitas explicatu est facilis. Litterae οἷς ex ὠσὶ mutatae in ὀς praecedentique vocabulo applicatae fecerunt, ut vox ὠσὶ in libris aliquot evanesceret. Ad πεδία ὁπλόκτυπα intellige ἐστί. Ita in hoc ipso carmine v. 99. πάταγος οὐχ ἑνὸς δορός. v. 120. φόβος τ' Ἀρηΐων ὅπλων. v. 146. κόναβος ἐν πύλαις χαλκοδέτων σακέων. Infr. v. 330. κορκορυγαὶ δ' ἀν' ἄστυ. — Si tamen retinenere malis πεδιοπλόκτυπος, lege hunc versum sic: πεδιοπλόκτυπός τ' ὠσὶν χρίμπτεται.

v. 6. Scribendum est aut ὀρεσικτύπου, ut ὀρεσιβάτης, ὀρεσίγονος, ὀρεσίκοιτος, ὀρεσίδρομος, alia, aut, ut fecimus, ὀρεοκτύπου, cuius similes sunt formae ὀρεοτύπος et ὀρεοπόλος ab ὀρεοπολέω. Nam vix Aeschylus primam in ὕδατος produxit: quod si fecit, mutandum nihil est.

ἀντ. ά. Hic nusquam Codicum lectiones deserui. Primo tantum versu quatuor exclamationibus ἰὼ quintam adieci.

v. 2. vid. supra §. 36.

v. 6. Praefero lectionem θεαινᾶν. Videtur enim poeta Homerum imitari. Neque ab explicatore profectam eam existimem, qui potius adscripsisset θεῶν θηλειῶν. —

Ceterum verum est, in hac antistropha aliquoties formas dochmiacas variare: quarum tamen nulla est, quam non alibi quoque alteri Aeschylus opposuerit. Si vacat, conferantur haec exempla, quae iam ad manum sunt, quorum numerus, non dubito, quin dimidia ad minimum parte augeri possit. Ex nostra fabula, omissis, quae, si reiicias hanc meam descriptionem, in dubium vocari possint, v. 111.

πάτερ παντελές.

ant. 125.

Κάδμυ ἐπώνυμον.

v. 142.

πάσ-χει, τί γενήσεται.

ant. 149.

Ὄγκα πρὸ πόλεως.

Vid. supra p. 27. v. 187.

ἁρματό - κτυπον ὄτοβον ὄτοβον.

ant. 196.

θεοῖ - σι πίσυνας νιφάδος.

Vid. supra p. 58. seq. v. 207.

ἁπτόμε - νον πυρὶ δαΐῳ.

ant. 214.

κρημναμε - νᾶν νεφελᾶν ὀρθοῖ.

v. 466.

τῷδε μὲν εὐτυχεῖν.

ant. 506.

τὸν Διὸς ἀντίτυπον.

Vid. supra p. 71. v. 683.

μὴ ποτρύ - νυ κακὸς ὑ κεκλή - σει.

ant. 690.

παρέ- σακεν ἐπεὶ δαίμων.

v. 755.

ἀνδρῶν ἀλφηςᾶν.

ant. 761.

ἀναρπαξάνδραν,

nisi legendum est, ut Hermannus suspicatur, τὰν ἁρπαξάνδραν. Pers. 656.

βαλὴν ἀρχαῖος,

ant. 664.

ὅπως καινά τε.

Suppl. 350.

φυγάδα περίδρομον.

ant. 462.

μάθε γέρων περ ὤν.

Ibid. v. 394.

κράτεσιν ἀρσένων.

ant. 414.

Ζεὺς ἑτερο ῤῥεπής.

Ibid. 395.

μῆχαρ ὅριζέ μοι γάμȣ δύςφρονος.

ant. 405.

ἄδικα μὲν κακοῖς, ὅσια δ' ἐννόμοις.

Ibid. 431.

δίκας ἀγομέναν.

ant. 436.

μένει· Ἄρει ʼκλίνειν.

Conf. supra p. 12. Ibid. 737.

πολυδρόμȣ φυγᾶς.

ant. 744.

νῆας ἔπλευσαν ὧδ'.

Agam. 403.

κλόνȣς λογχίμȣς.

ant. 420.

πάρεισιν δόξαι.

Ibid. 764.

κότον δαίμονά τε τὸν ἄμαχον ἀπόλε-
μον.

ant.

παλιντρόποι - σιν ὄμμασι λιπὼσ' ὅσια
προςέβαλεν.

Ibid. 1113.

ἔδραμε κροκοβαφής.

ant. 1124.

τίς ἀγαθὰ φάτις.

Ibid. 1109.

ἀκορέτῳ γένει.

ant. 1120.

ἐν ἐνύδρῳ τεύχει.

Ibid. 1129.

πάθος ἐπ' ἄχεα σά.

ant. 1139.

πτεροφόρον δέμας.

Vid. supra p. 14. Ibid. 1156.

δήγματι φοινίῳ.

ant. 1167.

ὑπερ - βαρὴς ἐμπιτνῶν.

Choeph. 154.

κλύε δέ μοι κλύε, σέ - βας.

ant. 160.

'πιπάλλων Ἄρης.

Ibid. 797.

λύσασθ' αἷμα προς - φάτοις.

ant. 807.

νύκτα πρό τ' ὀμμάτων.

Eum. 138.

ἰὼ, ἰὼ, πόπαξ.

ant. 144.

ἰὼ παῖ Διός:

Ibid. 251.

γενέσθαι χερῶν·

ant. 254.

χύμενον οἴχεται.

Ad stropham nostram revertimur. Si quis nihilominus hoc variantium dochmii formarum argumento fretus de antistrophica huius loci responsione dubitet, is proodum usque ad stropham β′ potest protrahere, unde sequens certe antistrophicum systema nihil detrimenti accipiet.

ϛρ. β′. et ϛρ. γ′. In his nihil mutavi. Apposui tantum apostrophum ad vocem λίταν, ut valeat λίτανα. Conf. Nostri Suppl. v. 809. Λίτανα πέπλων καὶ ϛεφέων dicuntur, ut ἁβρὰ παρηΐδος Eur. Phoeniss. 1493. ἄνολβα βϐλευμάτων Soph. Ant. 1265. Vid. Erfurdt. ad huius fabulae v. 355. et 1194.

ἀντ. γ′. v. 2. Post προδόσεις addidi σὺ, quod facile hoc loco excidere poterat. Habet emphasin, ut Prom. 593. πόθεν ἐμϐ σὺ πατρὸς ὄνομ᾽ ἀπύεις; Tertio versu Codd. variant. Alii habent τὰν σὰν γᾶν, alii τὰν τεὰν γᾶν, et Viteb. γᾶν τεάν. Legi potest γᾶν τὰν τεὰν, ut rescripsimus, aut, quod etiam numerosius est, Ἄρεος αἶαν τεάν. Ceterum non mirer, si quis ante παλαίχθων malit ὁ inserere, quomodo legitur paullo post v. 121. ὅ θ᾽ ἵππιος ποντομέδων ἄναξ.

ἀντ. β΄. ἰὼ ἰώ. Vulgo ὦ. Alterum ἰὼ addere fortasse ne necessarium quidem est, si illud, quod in stropha est, extra versum accipiatur, de qua re mox disputabimus. Ne id offendat, quod exclamatio in stropha semel, bis in antistropha posita est; conf. Soph. Ant. 1261.

ἰὼ

φρενῶν δυςφρόνων ἁμαρτήματα.

ant. 1284.

ἰὼ

ἰὼ δυςκάθαρτος Ἅιδου λιμήν.

Alter dochmius rarioris formae est. Quare vereor, ne Aeschylus scripserit

ἰὼ χρυσοπήληξ, ἔπιδ', ἔπιδε, δαῖ-
μον, πόλιν ἄν ποτ' εὐφιλήταν ἔθου.

Mutare tamen quidquam non sum ausus, tum quod illud χρυσοπήληξ δαῖμον nominis proprii libertatem habere videtur, tum, quod etiam Choeph. 154. in compellatione duplicique imperativo insolentiorem formam Aeschylus admisit:

κλύε δέ μοι κλύε σέ - βας ὦ δέ-
σποτ' ἐξ.

Qui vulgo senarius fertur:

ὦ χρυσοπήληξ δαῖμον, ἔπιδ' ἔπιδε πό-
λιν.

eius exempla in veteris Tragoediae reliquiis paucissima sunt, et ex parte iam a Virr. Doctt. correcta. Nam, ubi creticus, qui in senarii fine est, in quartum paeonem solvitur, is paeon cum ipso verbo solet incipere, veluti in hoc Aeschyl. Pers. 500.

ςρατὸς πέρᾳ κρυςαλλοπῆγα διὰ πό-
ρον.

Sed alio loco de ea re dicam separatim.

ςρ. δ'. ἴτ' ἴτε πάντες. His verbis in antistropha nihil est quod respondeat, neque tamen ibi videtur esse lacuna. Quare putaveram, vocem παρθένων ex versu 156.

κλύετε παρθένων, κλύετε πανδίκους
χειροτόνους λιτάς.

huc esse adscriptam ac deinde in ordinem receptam, Aeschylum vero dedisse:

ἴτ' ἴτε, πάντες, ἴδεθ' ἱκέσιον λόχον.

De Scholiasta parum eram sollicitus, quod is aliis quoque locis manifestas glossas explicat. Sed iam vereor, ne ista verba extra versum poeta posuerit. Videtur enim ea licentia apud Tragicos non tantum ad senarios iambicos, sed etiam ad antistrophica carmina pertinuisse. Sed nemo dum de ea accurate disputavit, neque ego id iam facturus sum, qui aliquot tantum locos afferre possim, quos aut casus aut memoriola suppeditavit. Primum in anapaestis interdum exclamationes abundant, ut Aeschyl. Pers. 923. αἶ bis tantum habent Cod. Guelf. Ald. et Robortellus. Paulo ante v. 903. anapaestico carmini praemissum est ἰώ. Simili ratione αἶ αἶ Eur. Med. 144. ἒ ἒ Hippol. 208. 1358. In antistrophicis anapaestis extra versum ponendum videtur οἴμοι Soph. Trach. 973. et ὦ Ζεῦ v. 985. Nec statim reiecerim Aldi ἰὼ ἰώ Hec. 1064. Etiam Phoeniss. 1292. memorabile est, quod ante verba σάρκα δ' ἐμάν Codd. quidam interponunt ἒ ἒ, Aldus αἶ ἒ, et Cant. αἶ αἶ αἶ αἶ, quum in antistropha

nulla exclamatione oratio interpelletur. Idem in aliis carminibus factum videas: Eur. Orest. 163. ubi omnes libri addunt ἆ ἆ, v. 958. ubi Aldus legit αἶ αἶ, cui similis est Phoeniss. 1351. ubi libri praemittunt αἶ αἶ, Aldus, quem Porsonus secutus est, ἒ αἴ.—Iphig. Aul. 1510. antistrophicas exclamationes ἰὼ ἰὼ in stropha frustra quaeras. Idem valet de vocibus εὐοῖ Troad. 526. ἒ ἒ Aeschyl. Choeph. 789. ἰὼ ibid. 425. *) et in hoc, quod tractamus, carmine v. 125. φεῦ φεῦ. Sed ut interdum inter Iambicos senarios exclamationes plurium verborum leguntur, ita fortasse etiam in antistrophicis versibus factum. Desiderantur certe in antistropha, quae respondeant verbis ὦ τέκνον, τέκνον Eur. Hec. 694. ἰώ μοί μοι πάτερ Phoeniss. 1512. τί δ' ὦ ibid. 1534. de quibus carminibus plura infra dicentur. Etiam in Ion. 1484. non dubito, quin loci a v. 1454. antistropha sit a v. 1460. ut stropha abundet verbis ἰὼ γύναι. Sed haec ut prima obscurae adhuc doctrinae rudimenta propono.

στρ. ε΄. v. 5. In libris δὴ post δὲ desideratur. Γεννύων accipio ut disyllabon.

ἀντ. ε΄. v. 1. Exclamationes φεῦ φεῦ fortasse extra versum fuisse, paulo ante monuimus. Potest etiam, idque Hermanno placet, altera exclamatione deleta scribi:

σύ τ' Ἄρης φεῦ.

---

*) Nam eo loco lacunam esse non puto. V. 440. lego:

τοιαῦτ' ἀκέων ἐν φρεσὶν σαῖσιν γράφε,
δι' ὤτων δὲ συν-
τίτραινε etc.

Post φρεσὶν addidi σαῖσιν. Ita in stropha nihil nisi alterum ἰὼ abundat.

et in stropha:

ἀλλ' ὦ Ζεῦ, Ζεῦ.

v. 3. Hunc versum strophico suo recte respondere ostendi p. 28.

v. 6. Vulgo ἀπύσαι. Sed si vel nulla huius loci antistropha esset, scribendum tamen censerem αὔτασαι, ut idem fieret versus, qualis toties in hoc carmine dochmios interrumpit.

v. 8. Hic locus, mea sententia, in toto carmine corruptissimus est, quod vel ipsa insolentior metri mutatio ostendit. Legitur enim στόνων αὔτας, σύ τ' ὦ Λητογένεια κόρα τόξον εὖ πυκάζου. Pro αὔτας Mosq. 2. habet ἀήτας. Mosq. 1. αὐτάς. Ex his feci Λητωΐς. Conf. Schaef. Melet. Crit. p. 94. ubi pro Λητοῦν Codex habet ἀήτουν. Quod in fine vocabuli ex α feci ωι, satis hoc facile est, quum α et ω saepissime, haud raro etiam α et οι confundantur. Ad verbum Λητωΐς aliquis ad marginem scripsit alteram formam ὦ Λητογένεια. Praeterea omisi pronomen σύ, ut paulo ante v. 121. omissum legimus, Παλλάς, ὅ θ' ἵππιος ποντομέδων ἄναξ. — Fortasse tamen Codices aliquando aliam emendandi rationem monstrabunt. Quorum qui adhuc collati sunt, omnes videntur ex eodem fonte fluxisse. Nam, ut alias, quas communes habent, depravationes taceam, v. 131. omnes praebent ἀπύσαι, v. 156. omnes male addunt Ἄρτεμι φίλα, v. 147. et 155. et 159. in omnibus aliquid desideratur.

στρ. ζ'. v. 1. Praemittitur his exclamationibus,

ut modo diximus, Ἄρτεμι φίλα, quae verba ex v. 140. male hic repetita esse, nemo non videt.

ϛρ. ή. v. 4. Vulgo ποῖ δ' ἔτι τέλος ἐπάγει θεός. Fortasse vere. Sed vid. supra p. 124.

ἀντ. ή. v. 1. Vulgo καὶ Διόθεν, sed Robort. ἐκ διόθεν. Vid. Brunck. ad Soph. Antig. v. 110.

v. 2. et 3. Ἐν μάχαις. σύ τε. Ita Hermannus. Vulgo: ἐν μάχαισί τε.

ϛρ. θ'. v. 5. Deest syllaba. Pro ἑτεροφώνῳ Hermannus aliud antiquitus vocabulum lectum esse suspicatur, veluti ἑτεροβάγμονι.

v. 6. πανδίκυς. Ita Rob. et Vict. Mosq. 1. πανδόκυς, cui suprascriptum est γρ. πανδήμυς. An πανδόκοι λιταὶ sunt *preces universum populum complexae?*

ἀντ. θ'. v. 2. post λυτήριοι addidi τ'.

v. 3. Vulgo φιλοπόλιες. Aldus φιλοπόλις.

II.

Ad p. 12. — Aeschyl. Pers. a v. 656. Male vulgo hi versus distinguuntur, quorum veram distinctionem hanc esse opinor:

ϛροφή.

1. βαλήν, ἀρχαῖος βαλήν, ἴθι, ἵκυ,
2. ἔλθ' ἐπ' ἄκρον κόρυμβον ὄχθου,
3. κροκόβαπτον ποδὸς εὔμαρ-
4. ριν ἀείρων, βασιλείυ

5. τίτῆρας φάλαρον πιφαύσκων.
6. βάσκε πάτερ, ἄκακε Δαρειάν, οἶ.

ἀντιστροφή.

1. ὅπως καινά τε κλύῃς νέα τ' ἄχη.
2. δέσποτα δεσπότου φάνηθι.
3. στυγία γάρ τις ἐπ' ἀχλὺς
4. πεπόταται· νεολαία
5. γὰρ ἤδη κατὰ πᾶσ' ὄλωλε.
6. βάσκε πάτερ, ἄκακε Δαρειάν, οἶ.

v. 1. Rectius fortasse scribitur ἴθ' ἴθ' ἵκου.

v. 6. Conf. supra p. 179.

III.

Ad p. 13. — Eur. Orest. a v. 140. In hoc carmine apud Porsonum et personarum confusio et perversa plerorumque versuum distinctio et prava etiam plurium locorum lectio est. Totum carmen ita lego:

στρ. ά.

1. ΧΟΡ. σῖγα σῖγα λε-
2. πτὸν ἴχνος ἀρβύλης τίθετε, μὴ ψοφεῖ-
3. τε μηδὲ κτυπεῖτ'. ΗΛ. ἀπόπρο βᾶτ' ἐκεῖσ'
4. ἀπόπρο μοι κοίτας. ΧΟΡ. ἰδοὺ πείθομαι.
5. ΗΛ. ἆ ἆ σύ-
6. ριγγος ὅπως πνοὰ λεπτοῦ δόνακος, ὦ
7. φίλα, φώνει μοι. ΧΟΡ. ἴδ', ἀτρεμαίαν ὡς
8. ὑπόροφον φέρω βοάν. ΗΛ. ναὶ οὕτω

9. κάταγε, κάταγε· πρόσιθ' ἀτρέμας, ἀτρέμας ἴθι·
10. λόγον ἀπόδος, ἐφ' ὅ τι χρέος ἐμόλετέ ποτε.
11. χρόνια γὰρ πεσὼν ὅδ' εὐνάζεται.]

ἀντ. α.

1. ΧΟΡ. πῶς ἔχει; λόγου
2. μετάδος, ὦ φίλα, τίνα τύχαν εἴπω;
3. τίνα δὲ συμφοράν; ΗΛ. ἔτι μὲν ἐμπνέει,
4. βραχὺ δ' ἀναστένει. ΧΟΡ. τί φῄς; ὦ τάλας.
5. ΗΛ. ὀλεῖς, εἰ
6. βλέφαρα κινήσεις ὕπνου γλυκυτάταν
7. φερομένῳ χάριν. ΧΟΡ. μέλεος ἐχθίστων
8. θεόθεν ἐργμάτων, τάλας. ΗΛ. φεῦ μόχθων.
9. (ἆ ἆ,) ἄδικος ἄδικα τότ' ἄρ' ἔλακεν, ἔλακεν, ἀπό-
10. φονον ὅτ' ἐπὶ τρίποδι Θέμιδος ἄρ' ἐδίκασε
11. φόνον ὁ Λοξίας ἐμᾶς ματέρος.

Vide, quam simplex iam sit huius carminis facies. Unum est versuum genus ab initio ad finem; bis tantum, ubi systemata inchoantur, dochmiacis syllabae aliquot praemissae. Personarum etiam recta utrimque responsio est.

στρ. α΄. v. 1. Vid. supra p. 114, Hermanno monente in strophica personarum distribu-

tione Aldum secutus sum; in antistropha verba, τίνα τύχαν εἴπω, τίνα δὲ συμφοράν; quae Electrae tribuuntur, choro assignavi. Ita paulo post, v. 187. θρόει, τίς κακῶν τελευτὰ μένει;

v. 2. et 3. Hos versus dochmiacos esse efficitur antistrophicis, quos infeliciter Porsonus mutavit, perperam de metro iudicans. Cf. supra p. 37. Pro μηδὲ κτυπεῖτ' vulgo legitur μηδ' ἔσω κτύπος. Quae verba, quum ad dochmiacam legem metiri possis, quamvis insolentior sit forma, mutanda tamen non putarem, si certa satis lectio esset. Sed depravata esse, non uno indicio intelligitur. Primum discrepant Codices, quorum alii ψοφεῖτε habent, alii κτυπεῖτε. Deinde Scholiastes μὴ κτυπεῖτε explicat per μήδ' ἔσω κτύπος. Denique proxime ante v. 137. praecesserunt μὴ ψοφεῖτε μήδ' ἔσω κτύπος. Quare Euripidem ita, ut dedi, scripsisse puto. Eandem emendationem secutum video Hermannum in libro de Metr. p. 246.

v. 3. Non intelligo, quomodo edere potuerit Porsonus:

> ἄπο προβᾶτ' ἐκεῖσ',
> ἀπὸ πρό μοι κοίτας.

Ἀπόπρο μοι habet Aldus, a quo iam Brubach. et Hervag. deflexerunt.

v. 5. Conf. supra p. 134.

v. 6. Incaute Porsonus ex ὅπως πνοὰ fecit ὡς πνοιά.

ἀντ. v. 8. Verba φεῦ μόχθων, stropha duce,

traxi ad Electrae orationem. — Exclamationes ἂ ἆ, quae adduntur ante ἄδικος, fortasse mala proximarum litterarum repetitio progenuit; ad versum certe non pertinent. Vid. tamen p. 194. seq. Possunt etiam versus ita distingui, ut cum verbis φεῦ μόχθων, quibus in stropha respondent ναὶ οὕτω, novus versus incipiatur. Hoc modo antecedens dochmius in iambum desinet. Conf. supra p. 138.

Sequitur altera stropha cum antistropha sua, (non enim duae sunt), in qua utravis plus decies a vero aberravit Porsonus.

στροφή.

1. XOP. ὁρᾷς; ἐν πέπλοισι κινεῖ δέμας.
2. HΛ. σὺ γάρ νιν, ὦ τάλαινα,
3. θωΰξασ'
4. ἔβαλες ἐξ ὕπνου.
5. XOP. εὕδειν μὲν οὖν ἔδοξα.
6. HΛ. οὐκ ἀφ' ἡμῶν, οὐκ ἀπ' οἴκων
7. πάλιν ἀνὰ
8. πόδα σὸν εἱλίξεις μεθεμένα κτύπου.
9. XOP. ὑπνώσσει. HΛ. λέγεις εὖ.
10. πότνια, πότνια νὺξ, ὑπνοδότειρα τῶν
11. πολυπόνων βροτῶν, Ἐρεβόθεν ἴθι, μόλε,
12. μόλε κατάπτερος τὸν Ἀγαμεμνόνιον
13. ἐπὶ δόμον·
14. ὑπὸ γὰρ ἀλγέων, ὑπὸ δὲ συμφορᾶς
15. διοιχόμεθ' οἰχόμεθα. κτύπον ἠγάγετ'. οὐχὶ σῖγα,
16. σῖγα φυλασσομένα

17. στόματος ἀνακέλαδον ἀπὸ λέχεος ἥ-
18. συχον ὕπνου χάριν παρέξεις, φίλα.

ἀντιστροφή.

1. ΧΟΡ. θρόει, τίς κακῶν τελευτὰ μένει;
2. ΗΛ. θανεῖν· τί δ' ἄλλο γ' εἴπω;
3. οὐδὲν γὰρ
4. πόθον ἔχει βορᾶς.
5. ΧΟΡ. πρόδηλος ἄρ' ὁ πότμος.
6. ΗΛ. ἐξέθυσ' ὁ Φοῖβος ἡμᾶς
7. μέλεον ἀ-
8. πόφονον αἷμα δοὺς πατροφόνου ματρός.
9. ΧΟΡ. δίκα μέν. ΗΛ. καλῶς δ' οὔ.
10. ἔθανες, ἔθανες, ὦ τεκομένα με μᾶ-
11. τερ, ἀπὸ δ' ὤλεσας πατέρα τέκνα τε τάδε
12. σέθεν ἀφ' αἵματος. ὀλόμεθ' ἰσονέκυες,
13. ὀλόμεθα·
14. σύ τε γὰρ ἐν νεκροῖς, τό τ' ἐμὸν οἴχεται·
15. βίου τὸ πλέον μέρος ἐν στοναχῇσί τε καὶ γόοισι
16. δάκρυσί τ' ἐννυχίοις.
17. ἄγαμος, ἔπιδ', ἄτεκνος ἅτε βίοτον ἀ-
18. μέλεος εἰς τὸν αἰὲν ἕλκω χρόνον.

στρ. v. 2. De prava Porsoni emendatione vid. supra p. 158.

v. 5. Hic et v. 7. item v. 13. adiectas dochmiacis syllabas separatim posui, quo facilius initium dochmiacorum numerorum animad-

vertatur. Legendo tamen syllabae istae cum sequentibus coniungendae sunt. Vid. supra p. 138. et 153.

v. 8. Clausulas *πόδα σὸν εἱλίξεις* et *μεθεμένα κτύπε* praepropere Porsonus transposuit. Vid. supra p. 38. coll. 153. seqq.

v. 10. Antistropha haec Electrae personae vindicat, cui multo magis conveniunt. Consentit etiam unus ex Scholiastis in his: *τοῦτο τὰ μέλος ἐπὶ ταῖς λεγομέναις νήταις ᾄδεται, καί ἐστιν ὀξύτατον. ἀπίθανον οὖν, τὴν ΗΛΕΚΤΡΑΝ ὀξείᾳ φωνῇ κεχρῆσθαι, καὶ ταῦτα ἐπιπλήσσουσαν τῷ χορῷ. ἀλλὰ κέχρηται μὲν τῷ ὀξεῖ ἀναγκαίως· λεπτότερον δὲ ὡς ἔνι μάλιστα.* Quae a diversis auctoribus profecta esse, manifestum est. Initium originem habere videtur satis antiquam.

v. 12. Articulum ante *Ἀγαμεμνόνιον* Porsonus omisit, Codicum, opinor, auctoritate. Nam in nota ad h. l. haec scribit: *τὸν Ἀγαμεμνόνειον Ald. et plerique MSS.* nisi forte diversam tantum adiectivi formam spectavit. De versus ratione nondum satis mihi constat. Uti eum supra p. 157. dedi, recepta in antistropha Porsoni emendatione *ἰσονέκυε* pro *ἰσονέκυες*, versus conflatus est ex tribus brevibus syllabis et dochmio. Tutissimum tamen visum est, sequi MSS. King. Brunck. Musgrav. A. B. et Mosq. A. secundum quos quatuor breves syllabae dochmiis interponuntur. Ultima in *αἵματος* longam valet propter exclamationem sequentem.

v. 14. Vulgaris personarum distributio haec est:

ΗΛ. κτύπον ἠγάγετ'. *ΧΟΡ.* οὐχί. *ΗΛ.* σῖγα.

Male. Ita enim altercantes inter se mulieres loqui solent. Scholiastes iam Cantero et Musgravio de vera huius loci et distributione et constructione persuaserat. Ille enim: οὐ σιωπήσεις, φασὶν (l. φησὶν), ἀπὸ τοῦ στόματος φυλαττομένη τὸ ἀνακελαδεῖν καὶ τὴν ἀπὸ τῆς κοίτης ὕπνου χάριν ἥσυχον αὐτῷ παρέξεις; ἢ (hoc unice verum) τὸν κέλαδον ἄποθεν τοῦ λέχους ποιουμένη; οἷον, οὐ σιγήσεις, καὶ μετὰ ἡσυχίας αὐτὸν ἐάσῃς, (l. ἐάσεις) κοιμηθῆναι;

v. 17. Hic versus iambicus est. Vid. supra p. 120. Atque suavius haec versuum separatio videtur ad aures accidere, vindicaturque ea quodammodo vocabulorum terminatione cum versu antecedente. Nec tamen alteram, quam proposuimus p. 73. omnino spernendam putem, secundum quam ex dactylico numero statim in dochmiacum transitur hoc modo:

σῖγα φυλασσομέ-
να στόματος ἀνακέλαδον ἀπὸ λέχεος ἥ-
συχον ὕπνου χάριν παρέξεις, φίλα.

ant.

δάκρυσί τ' ἐννυχί-
οις ἄγαμος ἔπιδ' ἄτεκνος ἅτε βίοτον ἃ
μέλεος εἰς τὸν αἰὲν ἕλκω χρόνον.

Conf. §. 58. p. 145. seqq.

v. 17. Nescio, quid tandem Porsonum permoverit, ut v. 159. ederet ὕπνου γλυκυτάταν-

χάριν et hic ἥσυχον ὕπνε χαράν. Illic varia lectio est χαράν, et nostro loco χάριν habet Scholiastes, cuius verba modo allegavimus. Utrobique aut χάριν aut χαράν scribendum esse apparet. Etiam alibi Euripidi χάρις significat *voluptatem*, ut Hel. 661. ἐμὰ δὲ δάκρυα πλέον ἔχει χάριτος ἢ λύπας.

ἀντ. v. 2. et 3. Vid. supra p. 138.

v. 3. Vid. Musgr. et Herm. de Metr. p. 250.

v. 9. Quum accurata ubique personarum responsio sit, non video, quid impediat, quo minus et hic verba καλῶς δ' ἂ Electrae tribuantur.

v. 13. Etiam hic sine idonea causa Porsonus Aldi et MSS. omnium lectionem βίε τὸ πλέον deseruit, reponens πλέον βιότε, Brunckium tamen recte increpans, quod ex membr. scripserit τὸ δ' ἐμόν. Τὸ ἐμὸν cum h. l. respondeat antecedenti pronomini σύ, positum est pro ἐγώ.

IV.

Ad p. 15. — Eurip. Hippol. a v. 811. strophas et antistrophas sic describendas arbitror:

Π ρ ο ῳ δ ό ς.

ΧΟΡ.

Ἰὼ ἰὼ τάλαινα μελέων κακῶν
ἔπαθες, εἰργάσω
τοσῦτον, ὥςτε τῦςδε συγχέαι δόμυς.

ϛρ. α.

1. αἶ αἶ τόλμας, ὦ βιαίως θανοῦσ'
2. ἀνοσίῳ τε συμφορᾷ, σᾶς χερὸς
3. πάλαισμα μελέας, τίς ἄρα σὰν, τάλαιν',
4. ἀμαυροῖ ζωάν;

ϛρ. β'.

ΘΗΣΕΥΣ.

1. ᾤμοι ἐγὼ πόνων, ὧν ἔπαθον τάλας,
2. τὰ μάκις' ἐμῶν κακῶν, ὦ τύχα,
3. ὥς μοι βαρεῖα καὶ δόμοις ἐπεϛάθης,
4. κηλὶς ἄφραϛος ἐξ ἀλαϛόρων τινός.
5. κατακονὰ μὲν οὖν ἀβίοτος βίου,
6. κακῶν δ', ὦ τάλας, πέλαγος εἰϛορῶ
7. τοσοῦτον, ὥϛτε μήποτ' ἐκνεῦσαι πάλιν,
8. μήδ' ἐκπερᾶσαι κῦμα τῆσδε συμφορᾶς.
9. τίνα λόγον τάλας, τίνα τύχαν σέθεν
10. βαρύποτμον, γύναι, προσαυδῶν τύχω;
11. ὄρνις γὰρ ὥς τις ἐκ χερῶν ἄφαντος εἶ,
12. πήδημ' ἐς Ἅιδου πικρὸν ὁρμήσασά μοι.
13. αἶ αἶ αἶ αἶ, μέλεα, μέλεα τάδε πάθη.
14. πρόσωθεν δὲ πόθεν ἀνακομίζομαι
15. τύχαν δαιμόνων, ἀμπλακίαισι τῶν
16. πάροιθέν τινος.

μεσῳδ.

ΧΟΡ.

Οὔ σοι τάδ', ὦ 'ναξ, ἦλθε δὴ μόνῳ κακὰ,
πολλῶν μετ' ἄλλων δ' ὤλεσας κεδνὸν λέχος.

ἀντ. β΄.

ΘΗΣΕΥΣ.

τὸ κατὰ γᾶς θέλω τὸ κατὰ γᾶς κνέφας
μετοικεῖν σκότῳ θανὼν, ὦ τλάμων,
τῆς σῆς στερηθεὶς φιλτάτης ὁμιλίας.
ἀπώλεσας γὰρ μᾶλλον, ἢ κατέφθισο.
τίνος δὴ κλύω, πόθεν θανάσιμος
τύχα σὰν ἔβα, γύναι, καρδίαν.
εἴποι τὶς ἂν τὸ πραχθὲν, ἢ μάτην ὄχλον
στέγει τύραννον δῶμα προσπόλων ἐμῶν;
ἰώ μοι, τάλας, ἰώ μοι σέθεν
μέλεος, οἷον εἶδον ἄλγος δόμων,
οὐ τλητὸν, οὐδὲ ῥητόν· ἀλλ' ἀπωλόμην·
ἔρημος οἶκος, καὶ τέκν' ὀρφανεύεται.
ἔλιπες, ὦ φίλα γυναικῶν, ἀρί-
στα θ', ὁπόσας δέδορκ' ἀελίου φέγγος
τε καὶ νυκτὸς ἀστερωπὸς σελα-
ναία, ἰὼ τάλας.

ἀντ. α΄.

ΧΟΡ.

ἰὼ, ὅσον, τάλας, κακὸν ἔχει δόμος.
δάκρυσί μου βλέφαρα καταχυθέντα τέγ-
γεται σᾷ τύχᾳ. τὸ δ' ἐπὶ τῷδε πῆ-
μα φρίσσω πάλαι.

Προῳδ. Hos tres versus proodum efficere satis inde apparet, quod in toto hoc carmine nusquam iterum tres dochmii uno senario comite reperiuntur.

στρ. α΄. v. 2. Cod. Paris. χερὸς omittit, ac profecto illud loco non suo collocatum vide-

tur. Numeri certe meliores essent, si scriptum legeretur sic:

σᾶς πάλαι-
σμα μελέας χερός.

v. 3. Scripsi cum Cod. Paris. τάλαιν' pro τάλαιναν.

ϛρ. β'. v. 1. Vulgo παθέων. Vid. Brunck. ad hunc et sequentem versum. Sed ὤν, quod Brunckius in οἵ mutavit, retinendum duxi, quamvis sequantur τὰ μάκιϛ ἐμῶν κακῶν.

v. 5. De hoc quoque versu cf. Interpp. Pro ἀβίωτος scripsi ἀβίοτος hic et infra v. 58. Utitur hac forma, indicante Schaefero meo, incertus poeta Iacobs. Anthol. Epigr. Adesp. DCLIII. 2. Tom. IV. p. 255:

τȣ̃τον δύϛζωον κἀβίοτον βίοτον.

ad quem locum cf. Iacobs. qui comparat εὐβίοτος. Desideratur ea forma in Lexicis. Conf. tamen supra p. 106.

v. 8. Post hunc versum vulgo legebatur hic senarius:

ἔκλυεθ' ἁρμȣ̀ς ὡς ἴδω πικρὰν θέαν.

quem, ut variantem repetitionem v. 809., dudum hic delendum Critici censuere. Quod recte eos fecisse nunc antistropha testimonio est. Recte etiam versum 809. ex hoc emendaverunt. De lectione tamen τὸν δαίμονα errare mihi videtur Valckenarius, qui eam ad duplicem fabulae recensionem referat. Lectionem δυϛδαίμονα glossema esse puto vocis πικράν, male in textum illatum. Quod nudum δυϛδαίμονα quum sen-

su carere nemo non videret, correxit aliquis τὸν δαίμονα. Omnino Valckenarius in alterius recensionis vestigiis conquirendis cupidius versatur, qui interdum manifestas corruptelas, quales sunt εἶθε et κεῖθι, πόθεν et πόθεν in hunc usum adhibeat. Verius fortasse mox var. lectionem κραιπνὸν pro πικρὸν huc retulerit.

v. 13. Ita bene Brunckius partim ex membr. reg. Μέλεα duplicant Edd. Flor. et Ald.

ἀντ. β'. v. 2. Vulgo σκότῳ. Illud reposuit Brunckius. Eodem versu dedi ὦ τλάμων pro ὁ τλάμων.

v. 5. Vid. Brunck. qui in hoc et proximo versu plurima recte administravit, peccans tantum in eo, quod dochmium intulit:

τύχα, σὰν ἐπέβα.

qui nullus est. Legendum aut, ut dedi, aut:

σὰν ἐπέβα, γύναι, τύχα καρδίαν.

Ceterum τίνος δὴ κλύω habent MS. E. apud Musgravium et ed. Lasc. Conferantur et hic Interpp.

v. 9. Quatuor dochmios, quot fuisse antiquitus stropha docet, supplevi addendo τάλας et repetendo ἰώ. Constat Tragicos eadem vocabula, phrases, constructionis formas iisdem antistrophae locis saepissime reducere. Hunc locum ad istum numerum pertinere, colligo ex repetito σέθεν; itaque etiam τάλας ex stropha reposui, quod hic eodem modo poterat omitti, quemadmodum paulo ante v. 6. male vulgo additur τάλαινα.

v. 11. ἀπωλόμην pro vulgato ἀπωλόμαν recte Valckenarius et Brunckius e Codd. restituerunt. Namque hic, ut in dochmiacis dorica, ita in senariis vulgaris dialectus obtinet.

v. 13. Musgravius iam vidit, haec Choro non convenire, sed continuanda esse Theseo. Rem extra dubitationem ponit antistropha. Accedit, quod in MS. Cott. libr. P. apud Musgr. et Ed. Lasc. ad v. 852. praefigitur Hemichorii persona. Chorus autem et Hemichorium etiam alibi a librariis confusa sunt.

Ibid. Ἔλιπες semel tantum habet Ed. Flor. Sequentia, ut vulgo leguntur:

ὁπόσας ἐφορᾷ
φέγγος ἀελίε τε
καὶ νυκτὸς ἀστερωπὸς σελάνα.
ἰὼ τάλας.

metrum corrupta esse arguit. Probabilem certe iis medelam adhibuisse mihi videor. Ἐφορᾷ ad δέδορκε glossator adscripserat, cui in mente haerebat Homericum illud:

ἠέλιος, ὃς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει.

Noster Suppl. 1061.

πάσας γυναῖκας, ἃς δέδορκεν ἥλιος.

cf. Hippol. 1279.

ὅσα τε γᾶ τρέφει,
τὰν ἅλιος αἰθόμενος δέρκεται.

Δέδορχ' apud nostrum legitur Cycl. 697. et Hercul. Fur. 1089. διέφθαρχ' Med. 226. Etiam συνέσταλκ' memini me legere. For-

ma σελαγαία Euripides utitur Phoeniss. 180.

ἀντ. ά. Haec non possunt non ad Chori personam pertinere, atque, ut iam dictum est, libri aliquot ad verba ἰὼ τάλας Hemichorii notam adscriptam habent. Vulgo legitur ἰὼ τάλας, ἰὼ τάλας, ὅσον etc. Codex Paris. sic legit et dividit:

ὦ τάλας,
ὦ τάλας, ὅσον κακὸν ἔχει δόμος.

Metri causa ὅσον posui ante τάλας. Corruptelae occasionem, opinor, dedit, quod epiphonemata disiungi non posse viderentur. Eodem modo peccatum est Hec. 1065.

τάλαιναι, τάλαιναι κόραι Φρυγῶν.

Legendum:

τάλαιναι, κόραι, τάλαιναι, Φρυγῶν

Nostro loco scribi etiam potest ὅσον, ἰὼ τάλας.

Iam sequuntur decem senarii, quos excipit systema dochmiacorum, qui sic legendi sunt:

1. φεῦ φεῦ· τόδ' αὖ
2. νεοχμὸν ἐκδοχαῖς ἐπιφέρει θεὸς
3. κακόν· ἐμοὶ μὲν ἦν ἀβίοτος βίε
4. τύχα πρὸς τὸ κρανθὲν εἴη τυχεῖν.
5. ὀλομένες γὰρ, ἐκ ἔτ' ὄντας, λέγω,
6. φεῦ φεῦ, τῶν ἐμῶν τυράννων δόμες.

Primus versus dimeter iambicus est. V. 2. Codd. Flor. et Par. optime ἐπιφέρει θεὸς κακόν. Ed. Flor. ἐπειφέρει. Vulgo male ἐπεισφέρει, quod pariter atque κακῶν non

fert metrum. Male etiam Brunckius auctore Marclando pro *μὲν ὖν* dedit *μὲν ἂν*, quod versui adversum est. Supra v. 821. habuimus:

κατακονὰ μὲν ὖν ἀβίοτος βία.

vid. Herm. ad Viger. p. 805. Dicit Chorus, se iam nolle felicem esse in tanta regiae domus calamitate: nisi, quod malim, non *εὐκτικῶς* intelligendum. V. Schafer. Melet. p. 55.

Quae sequuntur, eorum fortasse haec fuit responsio antistrophica:

ϛρ. ά.

ΧΟΡ.

ὦ δαῖμον, εἴ πως ἐϛὶ, μὴ σφήλῃς δόμους,
αἰτουμένης δὲ κλῦθί μου· πρὸς γάρ τινος
οἰωνὸν, ὥϛε μάντις, εἰϛορῶ κακοῦ.

ϛρ. β'.

ΘΗΣΕΥΣ.

οἴμοι· τόδ' οἷον ἄλλο πρὸς κακῷ κακὸν
οὐ τλητὸν οὐδὲ λεκτόν· ὦ τάλας ἐγώ.

ϛρ. γ'.

ΧΟΡ.

τί χρῆμα; λέξον, εἴ τί μοι λόγου μέτα.

ἀντ. β'.

ΘΗΣΕΥΣ.

βοᾷ βοᾷ δέλτος ἄρ' ἄλαϛα· πῶ φύγω
βάρος κακῶν; ἀπὸ γὰρ ὀλόμενος οἴχομαι.

στρ. δ'.

οἴ' οἷον εἶδον ἐν γραφαῖσιν μέλος
φθεγγόμενον τλάμων.

ἀντ. γ'.

ΧΟΡ.

αἲ αἴ, κακῶν ἀρχηγὸν ἐκφαίνεις λόγον.

ἀντ. δ'.

ΘΗΣΕΥΣ.

τόδε μὲν οὐκ ἔτι στόματος ἐν πύλαις·
καθέξω κακόν·

ἀντ. α'.

δυσεκπέρατον, ὀλοὸν, ὦ πόλις, πόλις.
Ἱππόλυτος εὐνῆς τῆς ἐμῆς ἔτλη θίγειν
βίᾳ τὸ σεμνὸν Ζηνὸς ὄμμ' ἀτιμάσας.

Ordo stropharum est:

α' β' γ' β' δ' γ' δ' α'

Personarum:

Χ. Θ. Χ. Θ. Θ. Χ. Θ. Θ.

Eadem eidem persona opposita est, praeterquam in prima et ultima stropha.

ἀντ. β'. Horum senariorum alter integer in libris servatus est, prior una syllaba laborat. Inserui ἄρ' post δέλτος. Quod paulo liberiore pede incedunt, id partim a vehe-

mentiore animi commotione, partim ab antistrophici carminis licentia excusari potest. Aeschylus quoque et Sophocles antistrophicos senarios eodem discrimine a vulgari trimetro haud raro distinguunt. Sed erunt fortasse, qui hos, quos tractamus, versus senarios fuisse omnino negent. Equidem ipse de ea re aliquoties dubitavi, maxime quum haec:

δέλτος ἄλαςα πᾶ

bonum dochmium forment, neque ullus Codex MS. senarii hiatum expleat. Isti, si ita lubet, praegressos senarios antistrophica responsione eximere poterunt, et haec ipsa inde a verbis *βοᾷ βοᾷ* pro proodo accipere proximi antistrophici carminis dochmiaci, a verbis *οἷ' οἷον* initium capientis. Ita sequens senarius mesodum et postremi tres epodum constituent.

ςϱ. δ'. Vulgo *οἷον οἷον*. Ut rescribatur *οἷ' οἷον*, partim hortantur numeri dochmiaci, partim nudum participium *φθεγγόμενον*. Ad hoc enim refero *οἷα*. Hec. 192. *πῶς φθέγγῃ ἀμέγαρτα κακῶν*. Androm. 1148. *ἐφθέγξατο δεινόν τε καὶ φρικῶδες*. coll. Alcest. 142. *οἷας οἷος ὢν ἁμαρτάνεις*. Soph. Electr. 751. *οἷ' ἔργα δράσας οἷα λαγχάνει κακά*. Sed haec vulgaria sunt. — Ed. Flor. habet *γραφαῖσι* pro vulgato *γραφαῖς*.

ἀντ. δ'. Haec vulgo numeris confusis:

καθέξω δυςεκπέρατον, ὀλοὸν, ὀλοὸν κακόν· ὦ πόλις, πόλις.

Codd. Flor. et Par. *ὀλοὸν* et *πόλις* semel tantum habent.

V.

Ad p. 14. — Eur. Iphig. Taur. a v. 827. hunc esse puto stropharum et antistropharum ordinem:

στρ. α΄.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

1. ὦ φίλτατ᾽, οὐδὲν ἄλλο, φίλτατος γὰρ εἶ.
2. ἔχω σ᾽ Ὀρέσταν τηλύγετον χθονὸς ἀπὸ πατρίδος
3. Ἀργόθεν, ὦ φίλος.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

4. Κἀγώ σε τὴν θανοῦσαν, ὡς δοξάζεται.

στρ. β΄.

1. κατὰ δὲ δάκρυ᾽ ἀδάκρυα, κατὰ δὲ γόος ἅμα χαρᾷ
2. τὸ σὸν νοτίζει βλέφαρον, ὡσαύτως δ᾽ ἐμόν.

ΙΦ.

3. τότε δ᾽ ἔτι βρέφος σ᾽ ἔλιπον ἀγκάλαι-
4. σι νεαρὸν τροφοῦ, νεαρὸν ἐν δόμοις.

ἀντ. α΄.

ΟΡ.

1. ὦ κρεῖσσον ἢ λόγοισιν εὐτυχῶν ἐμοῦ.

ΙΦ.

2. ψυχά, τί φῶ; θαυμάτων πέρα καὶ λόγου
3. πρόσω τάδ᾽ ἀπέβα.

ΟΡ.

4. τὸ λοιπὸν εὐτυχοῖμεν ἀλλήλων μέτα.

Μεσῳδός.

ΙΦ.

ἄτοπον ἡδονὰν ἔλαβον, ὦ φίλαι.
δέδοικα δ', ἐκ χερῶν με μὴ πρὸς αἰθέρα
ἀμπτάμενος φύγῃ.

στρ. γ'.

1. ἰὼ Κυκλωπίδες ἑστία, ἰὼ πατρίς,
2. Μυκήνα φίλα, χάριν ἔχω ζωᾶς,
3. χάριν ἔχω τροφᾶς,
4. ὅτι μοι συνομαίμονα
5. τόνδε δόμοισιν ἐξεθρέψω φάος.

ἀντ. β'.

ΟΡ.

1. γένει μὲν εὐτυχοῦμεν· εἰς δὲ συμφορὰς,
2. ὦ σύγγον', ἡμῶν δυστυχὴς ἔφυ βίος.

ΙΦ.

3. ἐγὼ δ' ἁ μέλεος οἶδ' ὅτε φάσγανον
4. δέρᾳ θῆκέ μοι μελεόφρων πατήρ.

ἀντ. γ'.

ΟΡ.

1. οἴμοι, δοκῶ γὰρ οὐ παρὼν σ' ὁρᾶν ἐκεῖ.

ΙΦ.

2. ἀνυμέναιος, ὦ σύγγον', Ἀχιλλέως
3. ἐς κλισίαν λέκτρων
4. δολίαν ὅτ' ἀπαγόμαν
5. παρὰ δὲ βωμὸν ἦν δάκρυα καὶ γόοι.

στρ. δ'.

φεῦ φεῦ χερνίβων τῶν ἐκεῖ.

στρ. έ.

ΟΡ.

ᾤμωξα κἀγὼ τόλμαν, ἣν ἔτλη πατήρ.

ἀντ. δ'.

ΙΦ.

ἀπάτορ' ἀπάτορα πότμον ἔλαχον.

στρ. ς'.

ἄλλα δ' ἐξ ἄλλων κυρεῖ —

ἀντ. έ.

ΟΡ.

ει σόν γ' ἀδελφὸν, ὦ τάλαιν', ἀπώλεσας,

ἀντ. ς'.

ΙΦ.

δαίμονος τύχᾳ τινός.

στρ. ζ'.

1. ὦ μελέα δεινᾶς τόλμας, δείν' ἔτλαν,
2. δείν' ἔτλαν,
3. ὤ μοι σύγγονε.

ἀντ. ζ'.

1. παρὰ δ' ὀλίγον ἀπέφυγες ὄλεθρον ἀνόσιον
2. ἐξ ἐμᾶν
3. δαϊχθεὶς χερῶν.

στρ. ή.

ἁ δ' ἐπ' αὐτοῖς τίς τελευτά;

ἀντ. ή.

τίς τύχα μοι συγκυρήσει;

στρ. θ'.

1. τίνα σοι πόρον εὑρομένα
2. πάλιν ἀπὸ πόλεως, ἀπὸ φόνου πέμψω
3. πατρίδ' ἐς Ἀργείαν,

ἀντ. θ'.

1. πρὶν ἐπὶ ξίφος αἵματι σῷ
2. πελάξαι, τόδε σὸν, ὦ μελέα ψυχὰ,
3. χρέος, ἀνευρίσκειν.

στρ. ι.

1. πότερον κατὰ χέρσον, οὐχὶ ναΐ,
2. ἀλλὰ ποδῶν ῥιπᾷ,
3. θανάτῳ πελάσεις ἀνὰ βάρβαρα φῦλα καὶ
4. διόδους ἀνόδους στείχων; διὰ Κυανέας μὴν
5. στενοπόρους πέτρας μακρὰ κέλευθα να-
6. ΐοισιν δρασμοῖς.

ἀντ. ι.

1. * * * τάλαινα,
2. τάλαινα * * *
3. τίς ἂν οὖν τάδ' ἂν ἢ θεὸς, ἢ βροτὸς, ἢ
τύχα
4. τῶν ἀδοκήτων ἄπορον πόρον ἐξανύσασα
5. δυοῖν τοῖν μόνοιν Ἀτρείδαιν φανεῖ
6. κακῶν ἔκλυσιν.

Colloquium inter Orestem et Iphigeniam pertinet usque ad versum 867. δαίμονος τύχᾳ τινός, continetque duo stropharum systemata, alterum longius, brevius al-

terum. Prioris systematis schema hoc est:

$\widehat{\alpha' \; \beta'} \; \alpha' \;\; \mu\varepsilon\sigma. \;\; \widehat{\gamma' \; \beta' \; \gamma'}$

Posterius ab hoc non differt, nisi quod caret mesodo. Etiam in hoc toto carmine eadem eidem ubique persona respondet, praeterquam in initio stropharum α' et, quae in systematis ordine his ex adverso positae sunt, stropharum γ', ubi hinc Iphigenia, illinc Orestes senarium initialem habet. Probabiliorem certe personarum ordinem non potui reperire. Atque iam alii viderunt, aliquoties, ut v. 861. 868. personas aperte a librariis esse confusas. Colloquio finito omnis oratio Iphigeniae est, atque hinc quidem suam quaeque stropham antistropha proxime sequitur.

στρ. α'. v. 2. Vulgo *Ὀρέστα*. Sunt tres dochmii, quos antecedit Iambus. Qui in antistropha iambo oppositus est spondeus, is eandem excusationem habet, quam in Soph. Oed. Tyr. v. 1337. *τί δῆτ' ἐμοὶ βλεπτὸν ἦ*, cui respondet hic *οὐκ οὖν πατρός γ' ἂν φονεύς*.

στρ. β'. v. 1. Antistropha docet, hunc versum esse senarium. Anapaesticum habet initium, nisi alterum *δὲ* delendum est. De insolentiore longarum syllabarum solutione vid. supra p. 213. seq. ad Hippol. 878. Vulgatum *δάκρυα, δάκρυα*, emendavit Musgravius.

v. 3. Vulgo sine sensu τὸ δέ τι βρέφος ἔλιπον. Ἀγκάλαισι duo habent Codices. Cf. supra not. p. 21.

ἀντ. ά. v. 1. Masculinum participii genus hunc versum neque cum sequentibus coniungi, neque omnino Iphigeniae, cui vulgo assignatur, tribui patitur. Si Oresti tribuimus, quod cum systematis ordine convenit, mutandi necessitatem evitamus. Nudum ὦ εὐτυχῶν pro ὦ εὐτυχῶν ἐγὼ eodem modo dictum puto, quemadmodum Hippol. 579.

ὦ δυστάλαινα τῶν ἐμῶν παθημάτων.

cf. Med. 1028. Ita saepe ὦ τάλας, ὦ τλήμων et similia dicuntur pro ὦ ἐγὼ τάλας, ὦ ἐγὼ τλήμων. Cf. Hec. 736.

v. 3. Vulgo male ἐπέβα. Illud Reiskius correxit.

μεσῳδ. Mesodum insignem reddit senarius utrimque a dochmiis inclusus.

στρ. γ'. v. 1. Vulgo utrobique ὦ. Perpetuo ὦ et ἰὼ confunduntur. Senarium hunc fuisse non dubito. Anapaestum excusat nomen proprium; hiatum exclamatio. Vid. supra p. 82. fin. coll. p. 91.

v. 5. Vulgo δόμοις.

ἀντ. β'. v. 3. Cod. A. ἐγὼ δὲ μέλεος, ex quo feci ἐγὼ δ' ἁ μέλεος. Vulgo ἐγὼ μέλεος.

ἀντ. γ'. v. 2. Ad vocativum σύγγονε adiiciendum fuit ὦ.

v. 3. Vulgo λύκων. Plures MSS. λέκτρων.

Nescio, quid in compositione *δολία κλισία λέκτρων* haereant viri docti.

v. 4. Vulgo *ὅτ᾽ ἀγόμαν*. Vid. supra p. 174.

στρ. δ'. seqq. Recte sic personas instituit Tyrwhittus. Ante *ἐκεῖ* vulgo desideratur articulus, quem et lingua et metrum reposcit.

στρ. ς'. et *ἀντ. ς'*. Hanc utramque Iphigeniae dedi. Orestes in toto carmine non nisi senarios habet.

στρ. ζ'. Verbis *δείν᾽ ἔτλαν* praefigitur vulgo Iphigeniae persona.

ἀντ. ζ'. v. 1. Vulgo *ἀμπέφυγες*. Et ita iam Brubach. Ante *π* passim a librariis additum est *μ*. Vid. Salmas. ad dedicat. statuae Regillae p. 87. Ald. *ἀμφέφυγες*. *Ἀμπέφυγες* defendit Henr. Steph. Thes. IV. p. 131.

στρ. η'. et *ἀντ. η'*. Haec sibi respondere me prior vidit Hermannus, qui recte etiam *αὐτοῖς* pro *αὐτοῖσι* et *συγκυρήσει* pro *συγχωρήσει* correxit. Noster Ion. 1448. *πόθεν μοι συνέκυρσ᾽ ἀδόκητος ἡδονά;*

ἀντ. θ'. v. 2. Vulgo bis *τόδε*.

στρ. ι'. v. 3. Hermannus legit *θνατῶν* pro *θανάτῳ*. *Ἀνὰ* pro vulg. *ἄρα* iam ab aliis emendatum est.

v. 6. *ναίοισι* pro *ναίοις* Ald. et Brub.

ἀντ. ι'. v. 1. et 2. Hic exciderunt nonnulla. Etiam tertius versus non integer est. Pro *τι* scripsi *τύχα* et proximo versu *ἐξανύ-*

σασα, pro ἐξανύσας. Noster Fragm. Incert. CLXXXVII. εἴτε τύχα εἴτε δαίμων. Praeterea verba πόρον ἄπορον transposui.

VI.

Ad p. 14. — Ion. a v. 676 — 712. Hoc carmen ita lego et distinguo:

στροφή.

1. ὁρῶ δάκρυα μὲν
2. καὶ πένθημ'
3. ἄλλας τε στεναγμάτων εἰσβολὰς,
4. ὅταν ἐμὰ τύραννος εὐπαιδίαν
5. πόσιν ἔχοντ' ἴδῃ,
6. αὐτὴ δ' ἄπαις ᾖ καὶ λελειμμένη τέκνων.
7. τίν', ὦ παῖ πρόμαντι Λατοῦς, ἔχρη-
8. σας ὑμνῳδίαν; πόθεν ὁ παῖς ὅδ' ἀμ-
9. φὶ ναοὺς σέθεν τρόφιμος ἐξέβα,
10. γυναικῶν τίνος;
11. οὐ γάρ με σαίνει θέσφατα,
12. μή τιν' ἔχῃ δόλον.
13. δειμαίνω συμφορὰν,
14. ἐφ' ὅ ποτε βάσεται
15. ἄτοπος, ἄτοπα μὲν παραδίδωσί μοι
16. τῷδί ποτ' εὔφημα.
17. ἔχει δόλον τύχαν θ' ὁ παῖς,
18. ἄλλων τραφεὶς ἀφ' αἱμάτων.
19. τίς οὐ τάδε ξυνοίσεται;

ἀντ.

1. φίλαι, πότερ' ἐμῷ
2. δεσποίνᾳ

3. τάδε τορῶς ἐς ὃς γεγωνήσομεν;
4. πόσιν, ἐν ᾧ τὰ πάντ' ἔχυσ' ἐλπίδων
5. μέτοχος ἦν τλάμων;
6. νῦν δ' ἡ μὲν ἔῤῥει συμφοραῖς, ὁ δ' εὐ-
τυχεῖ,
7. πολιὸν εἰςπεσοῦσα γῆρας· πόσις δ',
8. ἀτίετος φίλων, μέλεος, ὃς θυραῖ-
9. ος ἐλθὼν δόμυς μέγαν ἐς ὄλβον ὑκ
10. ἔσωσεν τύχας.
11. ὄλοιτ' ὄλοιθ' ὁ πότνιαν
12. ἐξαπαφὼν ἐμάν·
13. καὶ θεοῖσιν μὴ τύχοι
14. καλλίφλογα πελανον ἐπὶ
15. πυρὶ καθαγνίσας. τὸ δ' ἐμὸν εἴσεται
16. τυραννίδος
17. τυραννίδος φίλα.
18. ἡ δὴ πέλας δείπνων κυρεῖ
19. παῖς καὶ πατὴρ νέος νέων.

ςρ. v. 2. Vulgo καὶ πενθίμυς ἄλλας γε ςεναγμῶν εἰςβολάς. Στεναγμάτων legendum esse iam suspicatus est Musgravius. Γε autem in τε mutandum esse, nemo non videt. Πενθίμυς metro antistrophico adversatur, quare mutavi in πένθημ', qua substantivi forma Aeschylus Choeph. 429. et Theocritus XXVI. 26. utuntur. Quum πένθημ' in πένθιμ' corruptum esset, aliquis terminationem adiectivam adiiciendam putavit. Conf. supra p. 139.

v. 8. εἰς cum Heathio et Musgravio delevi.

v. 14. Hic iambicus est, proximus dochmiacus, sed utriusque numeri coniuncti sunt, ut ex

antistropha apparet. Ibi enim prioris versus syllaba finalis soluta est. Possit obiici hiatus, qui inter strophicos est, sed illum excusatum invenies supra p. 92.

v. 16. Ita libri, sine sensu, nec quisquam hunc locum adhuc probabiliter correxit. Ac profecto sine Codd. vix poterit sanari, quum antistropha, quae aliquot verbis brevior est, non minus vitio laboret. Hoc dictu est difficillimum, utrum in stropha quaedam male addita sint, an in antistropha omissa. Strophica quidem verba ἔχει δόλον videri possunt esse repetita ex versu 686. ubi legimus ἔχῃ δόλον. In antistropha vero si, mutato φίλα in φίλον, legas τὰ δ' ἐμὸν εἴσεται τυραννίδος, τυραννίδος φίλον, bonam habebis hanc sententiam, *me vero experietur reginae amicam.* Sed quomodo, quae in stropha reliqua sunt, corrigi possint, non reperio. Olim legendum putabam:

ἔχει θ' ὁ παῖς δύλου τύχαν

comparans v. 670 seqq.

v. 19. ξυνοίσεται. Ita recte Aldus. Sensus: *quisnam in his mecum non consentiet?*

ἀντ. v. 4., πόσιν. Vid. Barnesii notam, coll. Erfurdtio ad Sophocl. Antig. 212. min. ed.

v. 7. De hac constructionis forma disputat Lobeckius ad Aiac. p. 294.

v. 8. ἀτίετος φίλων adiectivum aut active sumendum: *non honorans coniugem;* aut passive: *inultus ab amicis.* cf. Aeschyl. Agam. 1421.

v. 10. Vulgo ἔσωσε τύχης. Τύχας omnino legendum, quod in hoc carmine certe dochmiaci ubique doricas formas servant. Οὐκ ἔσωσε τύχας, uti Schaeferus me admonuit, possit significare, *non recordatus est, non servavit mente pristinam rerum conditionem.* Sed Euripides fortasse scripsit ἴσωσεν τύχας hoc sensu: *qui in bonorum societatem a coniuge admissus non item eandem cum illa (ἀτεκνίας) sortem ferre sustinuit.* Sic paulo post v. 772. seqq.

ΠΡ.

εἰ ταὐτὰ πράσσων δεσπότης, τῆς συμφορᾶς
κοινωνός ἐςιν, ἢ μόνη σὺ δυςτυχεῖς.

ΧΟ.

κείνῳ μὲν, ὦ γεραιὲ, παῖδα Λοξίας
ἔδωκεν· ἰδίᾳ δ' εὐτυχεῖ ταύτης δίχα.

v. 11. Ita MSS. — Aldus:

ὄλοιτ' ὄλοιτ' ὦ πότνιαν.

v. 14. Possis syllabarum aequalitatem nancisci scribendo ἐν pro ἐπί. Sed nihil necesse. Vid. supra p. 119. Haud raro enim diversi numeri ita copulantur, ut ipse prioris rhythmi finis solvatur. Non pauca exempla in priori huius libri parte per occasionem allata sunt, quorum aliquot iam in memoriam lectori revocabimus. Eur. Hecuba 1066.

εἴθε μοι ὀμμάτων αἱματόεν βλέφαρον
ἀκέσαι' ἀκέσαιο τυφλὸν, ἄλιε.

Prior dochmiacus est, alter logaoedicus ab anapaesto incipiens. Iphig. Aul. 1485.

αἵμασι θύμασί τε
θέσφατ' ἐξαλείψομεν.

ant. 1519.

'Αχαιῶν θέλων
'Ιλίου πόλιν μολεῖν.

Hercul. Fur. 107.

ὑπώροφα μέλαθρα
καὶ γεραιὰ δέμνι', ἀμφὶ βάκτροις.

ant. 119.

μὴ προκάμητε πόδα,
βαρύ τε κῶλον ὥςτε πρὸς πετραῖον.

Conf. Iphig. Aul. 1529. supra p. 160. Iphig. Taur. 863.

ἀπάτορ' ἀπάτορα πό-
τμον ἔλαχον.

stroph. 861.

φεῦ φεῦ χερνίβων
τῶν ἐκεῖ.

vid. supra p. 165. Conf. Aeschyl. Sept. 142. supra p. 124. Pers. 663. supra p. 124. Soph. Oed. R. 662. supra p. 125. Eiusd. Ai. 886. supra p. 127. Eur. Phoeniss. 303. supra p. 125. Iphig. Taur. 654. supra p. 124. Herc. Fur. supra p. 123. seq. — De Hec. 1101. mox dicetur. Huc etiam refero Alcest. 118.

οὐκ ἔχω 'πὶ τίνα
μηλοθύταν πορευθῶ.

Antistropha 128. ad MSS. et ed. Lasc. lectiones ita videtur legenda:

νῦν δὲ τίν' ἐπὶ βίον
ἐλπίδα προςδέχωμαι;

Hel. 1128.

Λακεδαίμονος ἀπὸ λέχεα
σέθεν ὡς εἷλεν Πάρις αἰνόγαμος·

ant. 1147.

τέρας, ὦ τέρας, ἀλλ' ἔριν,
Δαναῶν νεφέλαν ἐπὶ ναυσὶν ἄγων.

Neque enim necesse est, ut legatur λέχη pro λέχεα *). In altero versu pro εἷλε scripsi εἷλεν. Iniuria tamen huc retuleris Iph. Taur. 414.

φίλα γὰρ ἐλπὶς ἐγένετ', ἐπὶ
πήμασι βροτῶν, ἄπληςος ἀνθρώποις.

stroph. 399.

τίνες ποτ' ἄρα (l. ἆρα) τὸν εὔυδρον
καὶ δονακόχλοα λιπόντες Εὐρώταν.

Iambi enim hic una serie decurrunt. **)

v. 16. Vid. ad stropham. Barnesius, (qui οἴκοθεν, ut solet, lacunam explevit) lectore

---

*) Ante λέχεα anapaestica arsis soluta est, ut Eur. Hippol. 147.

ἀνίερος ἀθύτων πελάνων τρύχῃ

ant. 157.

λιμένα τὸν εὐξεινότατον ναύταις.

quem utrumque sanissimum versum Brunckius infelici manu contrectavit. In antistrophicis anapaestis haec solutio ubique obvia.

**) In huius carminis versu 396. pro

διεπέρασεν ΠΟΤΕ

Erfurdtius meus egregie correxit

διεπέρασεν ἸΟΥΣ

cui nemo, arbitror, assensum denegabit.

non monito vocem *φίλα* ante *τυραννίδος* posuit.

v. 18. Male haec vulgo pro epodo habentur. Pro *πελάδας* metri causa scripsi *πέλας*.

v. 19. Aldina habet *νέως* pro *νέος*.

Quae proxime sequuntur a v. 713. primitus etiam videntur antistrophica fuisse, sed lacuna, quae hic est, impedivit, quo minus hoc animadverteretur. Vide numerorum similitudinem:

στρ.

*ἵνα δειράδες * * * Παρνασσοῦ πέτρας*
ἔχουσαι σκόπελον οὐράνιόν θ' ἕδραν.

ἀντ.

ἵνα Βάκχιος ἀμφιπύρους ἀνέχων πεύκας, λαιψη-
ρὰ πηδᾷ νυκτιπόλοις ἅμα σὺν βάκχαις.

Alter versus dimeter dochmiacus est. In stropha verbum et epitheton videtur excidisse.

Iam sequitur haec epodus:

1. *μήποθ' ὅδ' εἰς ἐμὰν πόλιν ἵκοιθ' ὁ παῖς,*
2. *νέαν θ' ἁμέραν ἀπολιπὼν, θάνοι.*
3. *στενομένα γὰρ ἂν πόλις ἔχοι σκῆψιν,*
4. *ξενικὸν εἰσβολάν. ἅλις δ' ὁ πάρος ἀρ-*
5. *χαγὸς ὢν*
6. *Ἐρεχθεὺς ἄναξ.*

v. 1. Omnes veteres editiones *μήποθ' εἰς*, quae ipsa lectio indicat, quomodo locus emendandus sit.

v. 4. Vetus lectio est ἀλίσας ὁ πάρος, neque metro neque sensui apta. Facilis est emendatio, quam proposuimus. ΑΛΙCΛΟ vix diversum est ab ΑΛΙCΑC. Possit etiam defendi ἅλις γ', quae particulae interdum sociantur, ut Aeschyl. Agam. 1648. 1651. Eur. Suppl. 818.

VII.

Ad p. 14. — Eur. Ion. a versu 763 — 799. ita lego et dispono:

Προῳδ.

ΚΡΕΟΥΣΑ.

Συμφορᾶς
ἔλαβον, ἔπαθον ἄχος ἀβίοτον, φίλαι.

ΠΡΕΣΒΥΣ.

διοιχόμεσθα, τέκνον.

ΚΡ.

αἶ, αἶ, αἶ, αἶ, αἶ. διανταῖος ἔτυ-
πεν ὀδύνα με πνευμόνων τῶνδ' ἔσω.

στρ. ά.

ΠΡ.

1. μήπω στενάξῃς.

ΚΡ.

2. ἀλλὰ πάρεισι γόοι.

ἀντ. ά.

ΠΡ.

1. πρὶν ἂν μάθωμεν —

ΚΡ.

2. ἀγγελίαν τίνα μοι;

ϛρ. β'.

ΠΡ.

1. εἰ ταῦτα πράσσων δεσπότης; τῆς συμφορᾶς
2. κοινωνός ἐϛιν, ἢ μόνη σὺ δυϛτυχεῖς.

ΧΟΡ.

3. κείνῳ μὲν, ὦ γεραιὲ, παῖδα Λοξίας
4. ἔδωκεν· ἰδίᾳ δ' εὐτυχεῖ ταύτης δίχα.

ΚΡ.

5. τόδ' ἐπὶ τῷδε κακὸν ἄκρον ἔλακες ἔλακες
6. ἄχος ἐμοὶ ϛένειν.

ἀντ. β'.

ΠΡ.

1. πότερα δὲ φῦναι δεῖ γυναικὸς ἔκ τινος
2. τὸν παῖδ', ὃν εἶπας, ἢ γεγῶτ' ἐθέσπισεν;

ΧΟΡ.

3. ἤδη πεφυκοτ' ἐκτελῆ νεανίαν
4. δίδωσιν αὐτῷ Λοξίας· παρῆν δ' ἐγώ.

ΚΡ.

5. πῶς φῄς; ἄφατον, ἄφατόν τιν', ἀναύδητον
6. λόγον ἐμοὶ θροεῖς.

στρ. γ'.

ΠΡ.

1. κἀμοί γε. πῶς δ' ὁ χρησμὸς ἐκπεραίνεται,
2. σαφέστερόν μοι φράζε, χὤστις ἔσθ' ὁ
παῖς.

ΧΟΡ.

3. ὅτῳ ξυναντήσειεν, ἐκ θεοῦ συθεὶς
4. πρώτῳ πόσις σὸς, παῖδ' ἔδωκ' αὐτῷ θεός.

ΚΡ.

5. ὀττοτοτοτοττοτοῖ. τὸ δ' ἐμὸν ἄτεκνον
ἄτε-
6. κνον ἔλαβεν ἄρα βίοτον: ἐν ἐρημίᾳ δ'
7. ὀρφανοὺς
8. δόμους οἰκήσω.

ἀντ. γ'.

ΠΡ.

1. τίς οὖν ἐχρήσθη; τῷ συνῆψ' ἴχνος πο-
δὸς
2. πόσις ταλαίνης; πῶς δὲ, ποῦ νιν εἰσιδών;

ΧΟΡ.

3. οἶσθ', ὦ φίλη δέσποινα, τὸν νεανίαν,
4. ὃς τόνδ' ἔσαιρε ναόν; οὗτος ἐσθ' ὁ παῖς.

ΚΡ.

5. ἀν' ὑγρὸν ἀμπταίην αἰθέρα πρόσσω
γαί-
6. ας Ἑλλανίας ἀστέρας ἑσπέρους:
7. οἷον οἷ-
8. ον ἄλγος ἔπαθον.

προῳδ. v. 2. Ald. et MSS. *βίοτον*, quod Henr. Stephanus emendandum putabat in *ἀβίωτον*. Metro convenientius est *ἀβίοτον*, de qua forma vid. supra p. 208. Praeterea omisi *ὦ* ante *φίλαι*. Musgravius mavult *ἄχθος* pro *ἄχος*, haud illud contemnendum, quod, recepto eo, librorum lectio *βίοτον* retineri potest:

σνμφορᾶς
ἔλαβον ἔπαθον ἄχθος, βίοτον, φίλαι.

tanquam fortunae onus accepi, sustinui vitam. Aeschyl. Choeph. 415. *πάθομεν ἄχθεα.* — Sine causa *συμφορᾶς* a Barnesio mutatum est in *συμφοράς*.

v. 4. Ald. et vett. edd. *αἶ* quater tantum habent, *ἔτυπεν* vero Ald. duplicat. Utrumque fortasse verum. Tum ita disponendi versus:

αἶ, αἶ, αἶ, αἶ.
διανταῖος ἔτυπεν ἔτυπεν ὀδύνα
με πνευμόνων τῶνδ᾽ ἔσω.

Vid. supra §. 49. p. 115. seqq.

ςρ. β'. v. 5. Supplevi tres dochmios duplicans verbum *ἔλακες*, quod noster etiam alibi duplicat, ut Orest. 330. Sed poterit antiqua librorum lectio ita retineri, si certis argumentis demonstretur, antistrophica verba *πῶς φῄς;* extra versum fuisse. Strophici tamen initium mutatum nolim. Noster Hippol. 855.

τόδ᾽ ἐπὶ τῷδε πῆμα φρίσσω πάλαι.

ἀντ. β'. v. 1. Vid. Interpp.

v. 5. Etiam hic ad numerorum integritatem syl-

laba deest. Placet, quod Hermanno in mentem venit, inserere τιν' post alterum ἄφατον. Vid supra p. 70.

ϛρ. γ'. v. 1. Hos duos senarios pariter atque antistrophicos, qui praeter verba κἄμοί γε vulgo integri Creusae tribuuntur, senis personae assignavimus, nec metuimus, ne, qui huius colloquii naturam diligenter considerarit, inde nos reprehendat, chori responsionem praetendens, Creusam, non senem, proxime compellantis. Chori enim orationem et cura et verecundia ad ipsam dominam Creusam dirigebant.

v. 5. Vulgo ὀττοτοττοτοῖ.

v. 6. Adieci ἐν omissum ob praecedens ον.

ἀντ. γ'. v. 2. Vid. Barnesii nota.

v. 5. Legebatur ἂν πταίην et πρόσω. In ἀμπταίην Wakefieldius incidit. Forma πρόσσω Euripides utitur Alcest. 914. Proximo versu dedi ἑσπέρους pro ἑσπερίους.

VIII.

Ad p. 15. — Eur. Hec. a 684 — 723.

Π ρ ο ῳ δ ό ς.

ΕΚΑΒΗ.

1. Ὦ τέκνον, ὦ τέκνον,
2. αἶ αἶ κατάρχομαι νόμον
3. Βακχεῖον, ἐξ ἀλάστορος
4. ἀρτιμαθὴς κακῶν.

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

5. ἔγνως γὰρ ἄτην παιδὸς, ὦ δύστηνε σύ;

στρ.

ΕΚ.

1. αἶ αἶ κακῶν·
2. ἄπιστ' ἄπιστα, καινὰ καινὰ δέρκομαι·
3. ἕτερα δ' ἀφ' ἑτέρων κακὰ κακῶν κυ-
ρεῖ·
4. οὐδέποτ' ἀδάκρυτον ἀστένακτον ἦ-
5. μαρ ἐμ' ἐπισχήσει.

ΘΕΡ.

6. δείν', ὦ τάλαινα, δεινὰ πάσχομεν κακά.

ΕΚ.

ὦ τέκνον, τέκνον,
7. ταλαίνας ματρὸς, τίνι μόρῳ θνήσκεις,
8. τίνι πότμῳ κεῖσαι; πρὸς τίνος ἀνθρώπων;

ΘΕΡ.

9. οὐκ οἶδ'· ἐπ' ἀκταῖς νιν κυρῶ θαλασ-
σίαις.

Μεσῳδός.

ΕΚ.

1. ἔκβλητον ἢ πέσημα φοινίου δορός;

ΘΕΡ.

2. ἐν ψαμάθῳ λευρᾷ
3. πόντου νιν ἐξήνεγκε πελάγιος κλύδων.

ἀντιστρ.

ΕΚ.

1. ὤμοι, αἶ αἶ,
2. ἔμαθον ἐνύπνιον ὄψιν ὀμμάτων ἐμῶν,
3. οὐ παρέβα με φάσμα μελανόπτερον,

4. ἂν ἐσεῖδον ἀμφί σε, τέκνον, οὐκέτ' ὄν-
5. τα Διὸς ἐν φάει.

ΧΟΡ.

6. τίς γάρ νιν ἔκταν'; οἶσθ', ὀνειρόφρον,
φράσαι;

ΕΚ.

7. ἐμὸς, ἐμὸς ξένος, Θρήκιος ἱππότας,
8. ἵν' ὁ γέρων πατὴρ ἔθετό νιν κρύψας.

ΧΟΡ.

9. ὤμοι, τί λέξεις; χρυσὸν ὡς ἔχοι κτανών;

Ἐπῳδός.

ΕΚ.

1. ἄῤῥητ', ἀνωνόμαστα, θαυμάτων πέρα,
2. οὐχ ὅσιά τ', οὐδ' ἀνεκτά. ποῦ δίκα ξένων;
3. ὦ κατάρατ' ἀνδρῶν, ὡς διεμοιράσω
4. χρόα, σιδαρέῳ τεμὼν φασγάνῳ
5. μέλεα τοῦδε παιδὸς, οὐδ' ᾤκτισας.

ΧΟΡ.

6. ὦ τλῆμον, ὥς σε πολυπονωτάτην βροτῶν
7. δαίμων ἔθηκεν, ὅστις ἐστί σοι βαρύς.

Hanc meam huius carminis descriptionem Hermannus ex parte tantum suscipiendam putavit in Dissert. de usu antistroph. p. IX. aliam ibi in eius locum substituens. Eam tamen ut hic cum lectore communicarem, adduxit me potissimum et summa eius in compositione simplicitas, et minor stropharum numerus. Apparet, enim, quo longiores sint strophae, quas ad antistrophicam responsionem redegeris, tanto de-

scriptionem esse probabiliorem. Quippe in singulis aliquot versibus facilius, quam in paulo maiori eorum numero rhythmorum aequalitatem nanciscare.

τραγῳδ. Vid. supra p. 122.

ϛρ. v. 1. *αἶ αἶ κακῶν.* Haec verba, quae Codices nonnulli post ἐπισχήσει collocant, loco satis incommodo, in strophae initio posuimus, quem locum etiam occupant in Hercul. Fur. 899.

v. 4. Versus est trochaicus. Vid. supra p. 114. Porsonus *ἀδάκρυτος, ἀςένακτος ἁμέρα μ' ἐπισχήσει.* Ἀδάκρυτον, ἀςένακτον multi Codices. Vulgo ἡμέρα μ', ex quo, litteras transponendo, feci ἦμαρ ἔμ'. Hermannus, deleto μ', legit ἡμέρα ἐπισχήσει.

v. 6. Hic senarius vulgo tribuitur Choro. Videtur tamen in hoc carmine ea esse lex, ut interpositi senarii in stropha ad ancillam, in antistropha ad Chorum pertineant. Nam Chorum hic non omnino excludendum esse, quod Hermanno visum est, cum alia monent, tum v. 725. verba, *τἀνθένδε σιγῶμεν, φίλαι.*

v. 7. seq. Antistropha uno dochmio est brevior. Quare clausulam *τίνι μόρῳ θνήσκεις;* ex Nostri Bacchis v. 1041. adscriptam ab aliquo putabam ad *τίνι πότμῳ κεῖσαι;* Hermannus in antistropha exclamationes aliquot excidisse existimat. Res incerta est. An verba *ὦ τέκνον, τέκνον,* extra versum accipienda sint (vid. supra p. 194. seq.), eo minus audeo definire, quod constructionis vinculo cum proximis cohaerent.

Μεσῳδ. Mesodus uno dochmio inter duos senarios collocato insignis est. Hermannus tamen, secundum quem haec non mesodus est, verba ἐν ψαμάθῳ λευρᾷ collocat ante ἔκβλητον, quod ancillam, ut nuncii officio praeditam, non nisi trimetris iambicis uti deceat. Equidem in mesodo ea re minus offendar. Atque ambiguum quidem vocabulum ἔκβλητον non est, quum proxime praecesserint, ἐπ' ἀκταῖς νιν κυρῶ θαλασσίαις.

ἀντιστρ. v. 2. Vulgo prorsus ἀμέτρως

ὄψιν, ὃ με παρέβα φάσμα.

v. 3. Hic σ' ὦ mutavi in σε. Cod. Moscov. ἀμφὶ σὸν, τέκνον, omisso ὦ. Illud σὸν, ut vere Hermannus monet, valet σοι et est correctio accusativi σε.

Ἐπῳδ. v. 2. Hic demum Hermannus initium epodi ponit. Sed hic versus cum antecedente tam arcte cohaeret, ut certe probabilius sit, utrumque ad unam eandemque stropham pertinuisse. Nec necessarium puto, ut cum Hermanno hunc dochmiacum facias legendo:

οὐχ ὅσι' οὐδ' ἀνεκτά. τί δίκα ξένων;

partim quod illud τί Codicum auctoritate eget, partim etiam, quod vulgo satis aptum initium dochmii habent ab exclamatione ὦ κατάρατ' ἀνδρῶν. Ipsam etiam doricam formam δίκα in hoc quidem senario tolerandam putem.

IX.

Ad p. 13. — Orestis locus a v. 316—347. sic legendus est:

στρ.

αἶ αἶ,
δρομάδες ὦ πτεροφόροι,
Ποτνιάδες θεαὶ, ἀβάκχευτον αἳ
θίασον ἐλάχετ' ἐν δάκρυσι καὶ γόοις;
μελαγχρῶτες Εὐμενίδες, αἵτε τὸν
ταναὸν αἰθέρ' ἀμπάλλεσθ', αἵματος
τινύμεναι δίκαν, τινύμεναι φόνον,
καθικετεύομαι, καθικετεύομαι,
τὸν Ἀγαμέμνονος γόνον ἐάσατ' ἐκ-
λαθέσθαι λύσσας μανιάδος φοιτα-
λέου· φεῦ μόχθων. οἵων, ὦ τάλας,
ὀρεχθεὶς ἔῤῥεις
τρίποδος ἀπὸ, φάτιν, ἃν ὁ Φοῖβος
ἔλακεν ἔλακε δεξάμενος, ἀνὰ δάπεδον,
ἵνα μεσόμφαλοι λέγονται μυχοί.

ἀντ.

ὦ Ζεῦ,
τίς ἔλεος, τίς ὅδ' ἀγὼν
φόνιος ἔρχεται θοάζων σε τὸν
μέλεον, ᾧ δάκρυα δάκρυσι συμβάλλει
πορεύων τις εἰς δόμον ἀλαστόρων
ματέρος αἷμα σᾶς, ὅ σ' ἀναβακχεύει;
κατολοφύρομαι, κατολοφύρομαι.
ὁ μέγας ὄλβος οὐ μόνιμος ἐν βροτοῖς·
ἀνὰ δὲ λαῖφος ὥς τις ἀκάτου θοᾶς
τινάξας δαίμων κατέκλυσεν δεινῶν

11. πόνων, ὡς πόντου λάβροις ὀλεθρίοι-
12. σιν ἐν κύμασιν.
13. τίνα γὰρ ἔτι πάρος οἶκον ἄλλον
14. ἕτερον ἢ τὸν ἀπὸ θεογόνων γάμων
15. τὸν ἀπὸ Ταντάλου σέβεσθαί με χρή;

Hoc breve canticum documento esse potest, quam caute Critico in mutandis Codicum lectionibus versandum sit, antequam metra, quae tractat, accurate cognoverit. Hic enim Musgravius, Brunckius et Porsonus omnes pariter ubique de corruptelis somniantes optimas omnium librorum lectiones suis commentis posthabuerunt. Totum carmen e dochmiacis constat praeter primum, secundum et decimum tertium versum.

στρ. v. 1. Porsonus αἶ αἶ αἶ. Vid. supra p. 72.

v. 2. De hoc versu vid. supra §. 52.

v. 4. Brunckii ἐλλάχετ' metrum corrumpit pariter ac paulo post Musgravii et Porsoni ἀμπάλλεθ'.

v. 10. De productione antepenultimae in φοιταλέος supra disputatum est, p. 38.

v. 11. ὦ τάλας Porsonus, non monito lectore, mutavit in ὁ τάλας, quod numeros perdit.

v. 14. Necessario duplex ἔλακε ex Aldo reducendum est. Brunckius et Porsonus ante δάπεδον articulum addunt, metro invito.

ἀντ. v. 1. Vulgo ἰὼ Ζεῦ.

v. 4. Vera est lectio vulgata συμβάλλει. Quod metro Porsonus perperam putavit convenientius, συμβαλεῖ, nec sensui convenit.

v. 6. Peccarunt hic rursus Musgravius et Porsonus, quod *ματέρος* in *ματρὸς* et *ἀναβακχεύει* in *ἀναβακχιοῖ* mutarunt.

v. 10. Quod Musgravius propter metrum coniecit *κατέκλυσ' αἰῶνα πόνων*, id ipsum contra metrum est, quum vulgata lectio non sit.

v. 11. Etiam hic male a libris Porsonus discessit scribendo *λάβροισιν ὀλεθρίοις*.

X.

Ad p. 16. — In Eur. Phoeniss. a v. 103 — 200. antistrophicam responsionem hanc esse arbitror:

προῳδ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὄρεγε νῦν ὄρεγε γεραιὰν νέᾳ
χεῖρ' ἀπὸ κλιμάκων ποδὸς ἴχνος ἐπαντέλ-
λων.

στρ. Α.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

ἰδοὺ ξύναψον, παρθέν' · εἰς καιρὸν δ' ἔβης.
κινούμενὸν γὰρ τυγχάνει Πελασγικὸν
στράτευμα, χωρίζουσι δ' ἀλλήλων λόχους.

στρ. ά.

ΑΝΤ.

ἰὼ πότνια πότνια παῖ Λα-
τοῦς Ἑκάτα, κατάχαλκον ἅπαν
πεδίον ἀστράπτει.

στρ. Β.

ΠΑΙΔ.

ἐ γάρ τι φαύλως ἦλθε Πολυνείκης χθόνα
πολλοῖς μὲν ἵπποις, μυρίοις δ' ὅπλοις βρέ-
μων.

στρ. β'.

ΑΝΤ.

ἆρα πύλαι κλείθροις χαλκόδετ' ἔμβολά τε
λαϊνέοισιν Ἀμφίονος ὀργάνοις
τείχεος ἥρμοσαι.

ἀντ. Β.

ΠΑΙΔ.

θάρσει· τά γ' ἔνδον ἀσφαλῶς ἔχει πόλις.
ἀλλ' εἰσόρα τὸν πρῶτον, εἰ βούλει μαθεῖν.

στρ. γ'.

ΑΝΤ.

τίς οὗτος ὁ λευκολόφας,
πρόπαρ ὅστις ἀγεῖται στρατοῦ
πάγχαλκον ἀσπίδ' ἀμφὶ βραχίονα κουφίζων.

Μεσῳδ.

ΠΑΙΔ.

λοχαγὸς ὦ δέσποινα. ΑΝΤ. τίς, πόθεν γε-
γώς;
αὔδασον, ὦ γεραιὲ, τίς ὀνομάζεται.

ΠΑΙΔ.

οὗτος Μυκηναῖος μὲν αὐδᾶται γένος,
Λερναῖα δ' οἰκεῖ νάμαθ', Ἱππομέδων ἄναξ.

ANT.

ἒ ἕ,

ὡς γαῦρος, ὡς φοβερὸς εἰςιδεῖν·

ἀντ. γ΄.

γίγαντί τε γηγενέτᾳ
προσόμοιος ἀςερωπὸς ἐν
γραφαῖσιν, ὀχὶ πρόςφορος ἀμερίῳ γέννᾳ.

ςρ. Γ.

ΠΑΙΔ.

τὸν δ' ἐξαμείβοντ' οὐχ ὁρᾷς Δίρκης ὕδωρ;
λοχαγόν;

ANT.

ἄλλος ἄλλος ὅδε τευχέων τρόπος.
τίς δ' ἐςὶν οὗτος;

ΠΑΙΔ.

παῖς μὲν Οἰνέως ἔφυ
Τυδεὺς, Ἄρην δ' Αἰτωλὸν ἐν ςέρνοις ἔχει.

ἀντ. ά.

ANT.

οὗτος ὁ τᾶς Πολυνείκεος, ὦ γέρον,
αὐτοκασιγνήτας νύμφας
ὁμόγαμος κυρεῖ;

ἀντ. Γ.

ὡς ἀλλόχρως ὅπλοισι, μιξοβάρβαρος;

ΠΑΙΔ.

σακεσφόροι γὰρ πάντες Αἰτωλοὶ, τέκνον,
λόγχαις τ' ἀκοντιςῆρες εὐςοχώτατοι.

ΑΝΤ.

σὺ δ', ὦ γέρον, πῶς αἰσθάνει σαφῶς τάδε;

ἀντ. Α.

ΠΑΙΔ.

σημεῖ' ἰδὼν τότ' ἀσπίδων ἐγνώρισα,
σπονδὰς ὅτ' ἦλθον σῷ κασιγνήτῳ φέρων,
ἃ προςδεδορκὼς, οἶδα τοὺς ὡπλισμένους.

ἀντ. β'.

ΑΝΤ.

τίς δ' ὅδ', ὃς ἀμφὶ μνῆμα Ζήθου περᾷ;
ὡς καταβοστρύχοις ὄμμασι γοργὸς εἰς-
ιδεῖν νεανίας.

στρ. δ'.

ΠΑΙΔ.

λοχαγός. ΑΝΤ. ὡς ὄχλος νιν ὑστέρῳ ποδὶ
πάνοπλος ἀμφέπει.

ΠΑΙΔ.

ὅδ' ἐστὶ Παρθενοπαῖος, Ἀταλάντης γόνος.

Μεσ.

ΑΝΤ.

ἀλλά νίν ἁ κατ' ὄρη μετὰ ματέρος
Ἄρτεμις ἱεμένα τόξοις δαμάσασ' ὀλέσειεν,
ὃς ἐπ' ἐμὰν
πόλιν ἔβα πέρσων.

ΠΑΙΔ.

εἴη τάδ', ὦ παῖ, ξὺν δίκῃ δ' ἥκουσι γῆν·
ὃ καὶ δέδοικα μὴ σκοπῶσ' ὀρθῶς θεοί.

ἀντ. δ'.

ΑΝΤ.

ποῦ ποῦ δ' ὃς ἐμοὶ μιᾶς ἐγένετ' ἐκ ματέρος
πολυπόνῳ μοίρᾳ,
ὦ φίλτατ'; εἰπὲ, ποῦ 'στὶ Πολυνείκης, γέρον;

ΠΑΙΔ.

ἐκεῖνος ἑπτὰ παρθένων τάφου πέλας
Νιόβης, Ἀδράστῳ πλησίον παραστατεῖ.
ὁρᾷς; ΑΝΤ. ὁρῶ δῆτ' οὐ σαφῶς, ὁρῶ δέ πως
μορφῆς τύπωμα, στέρνα τ' ἐξῃκασμένα.

στρ. έ.

ἀνεμώκεος εἴθε δρόμον νεφέλας ποσὶν ἐξανύ-
σαιμι δι' αἰθέρος πρὸς ἐμὸν ὁμογενέτορα·

στρ. ς'.

περὶ δ' ὠλένας
δέρᾳ φιλτάτᾳ βάλοιμι χρόνῳ
φυγάδα μέλεον. ὡς ὅπλοις χρυσέοις
ἐκπρεπὴς, ὦ γέρον,
ἑῴοις ὅμοια φλεγέθων βολαῖς
ἀελίου.

στρ. Δ.

ΠΑΙΔ.

ἥξει δόμους τούσδ', ὥστε σ' ἐμπλῆσαι χαρᾶς,
ἔνσπονδος. ΑΝΤ. οὗτος δ', ὦ γεραιὲ, τίς
κυρεῖ,
ὃς ἅρμα λευκὸν ἡνιοστροφεῖ βεβώς;

ΠΑΙΔ.

ὁ μάντις Ἀμφιάραος, ὦ δέσποιν', ὅδε·
σφάγια δ' ἅμ' αὐτῷ, γῆς φιλαιμάτου ῥοαί.

ϛρ. ή.

ΑΝΤ.

ὦ λιπαροζώνου θύγατερ ἀελίου
Σελαναία, χρυσεόκυκλον φέγγος,
ὡς ἀτρεμαῖα κέντρα καὶ
σώφρονα πώλοις μεταφέρων ἰθύνει.

ἀντ. Δ.

ποῦ δ' ὃς τὰ δεινὰ τῇδ' ἐφυβρίζει πόλει
Καπανεύς; * * *
* * * * *

ΠΑΙΔ.

ἐκεῖνος ἑπτὰ προςβάσεις τεκμαίρεται
πύργων, ἄνω τε καὶ κάτω τείχη μετρῶν.

ἀντ. ή.

ΑΝΤ.

* * ἰὼ Νέμεσι καὶ Διὸς
βαρύβρομοι βρονταὶ, κεραύνιόν τε πῦρ
αἰθαλόεν φάος, σύ τοι
μεγαληγορίαν ὑπεράνορα κοιμίζοις.

ἀντ. ϛ'.


ὅδ' ἐστὶν, αἰ-
χμαλωτίδας ὁ δορὶ Θηβαίας Μυκή-
ναισιν Λερναίᾳ τε δώσων τριαί-
νᾳ Ποσειδανίοις

'Αμυμωνίοις ὕδασι δουλείαν
περιβαλών.

ἀντ. έ.

μὴ μήποτε τάνδ', ὦ πότνια, χρυσεοβόστρυ-
χον
ὦ Διὸς ἔρνος, Ἄρτεμι, δουλοσύναν τλαίην.


Tria sunt stropharum systemata, quorum conspectum hic subiiciam. Primum systema hanc habet formam:



alterum hanc:



tertium denique, post quatuor interpositos senarios iambicos, hanc:



Quae strophae e trimetris constant, eas litteris maiusculis signavimus. Accuratus omnium et satis simplex est ordo. In primo systemate memorabile est, ante primam et ultimam stropham tres positos esse Paedagogi senarios, qui littera Α a me sunt insigniti. Personarum etiam quidam ordo est, sed non idem ubique. Illud

quidem per totum carmen servatur, ut strophulae lyricis numeris insignes ad Antigonam pertineant; quae strophulae omnes, septemdecim numero, dochmio terminantur, exceptis duabus ϛ', quae in fine Creticum habent, vid. supra §. 67. p. 165. Quod trimetros attinet, in primo systemate Paedagogo iidem in antistropha assignantur, quos habuit in stropha, praeterquam in utraque stropha Γ, ubi per ipsos trimetros Antigona et Paedagogus colloquuntur, in quibus inverso ordine personae sibi respondent. Utraque responsionis ratio mixta est in trimetris secundi et tertii systematis. Ubi vero altera persona in alterius trimetrum aliquot verba transfert, ea non est confusio, neque illud magis debet offendere, quam si in antistrophicis, secus ac lex postulare videtur, personae mutantur, veluti Orest. 1265. Bacch. 1181. Atque eandem ipse Sophocles licentiam sibi indulsit cum alibi tum in Electr. v. 1435. *) Vere violatus

---

*) Hoc enim loco trimetri inaequaliter divisi sunt. Strophicus trimeter hic est:

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ὤ μοι πέπληγμαι.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

παῖσον, εἰ σθένεις, διπλῆν.

Antistrophicus hic:

ΟΡΕΣΤΗΣ.

θάρσει· τελοῦμεν, ᾗ νοεῖς.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἔπειγέ νυν.

Quem personarum ordinem mutare Erfurdtius meus non debebat. Nam paulo ante his trimetris:

ΟΡΕΣΤΗΣ.

εἰσορᾶτέ πω

esset personarum ordo, si exempli gratia in antistropha *B* alterum trimetrum Antigona haberet. Ac ne hoc quidem me moveret, ut hunc Phoenissarum locum anomoeostrophum putarem, quum etiam in Aeschyl. Sept. ad Theb. 192. seqq. coll. 201. seqq. et in ipsa nostra fabula infra 1351. seqq. aperta in trimetrorum responsione personarum confusio sit. — Hic tantus tot stropharum, qui ad personas etiam pertinet, ordo, haec eorundem numerorum tam opportunis intervallis repetitio, hi denique conspirantes sententiarum et stropharum termini,

---

τὸν ἄνδρ᾽ ἐφ᾽ ἡμῖν;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οὗτος ἐκ προαςίε,

oppositi sunt hi:

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ὦ τέκνον, τέκνον,

οἴκτειρε τὴν τεκῦσαν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἀλλ᾽ ὐκ ἐκ σέθεν.

Omnino hodie leniori, opinor, manu hoc carmen Erfurdtius tractaret, cuius praeter proodum et mesodum una tantum stropha et una antistropha est. Stropha initium capit a v. 1407. Br. ἤκυσ᾽ ἀνήκυςα, et finitur versu 1421. οἱ πάλαι θανόντες. Inde sequitur mesodus sex trimetrorum, in qua nulla personarum mutatione opus est. A versu denique 1428. παύσασθε antistropha incipit. Lacunarum sedem neque Brunckius neque Erfurdtius perspexit. Post versum 1429. trimeter excidit ad Orestem pertinens, si tamen ille, quem in stropha Clytaemnestra intus canit, systemati adnumerandus est; quod sane probabile videtur, tum quod paulo post eadem Clytaemnestra strophae partem habet, tum quod in ea ipsa vicinia v. 1432. aperte trimetri dimidium, (sed nihil amplius) interiit. Haec enim altera lacuna est. Ceterum ex hac descriptione Chorus et Electra in stropha et antistropha eosdem versus habent, Clytaemnestrae tamen vices, quae interim interfecta est, in antistropha suscipit Orestes.

In Oedip. Col. v. 1704. similis est divisionis inaequalitas. Sed hoc loco Hermannus ὄν, mutatum in νὺκ, ad proximam Antigonae orationem transfert.

haec vix fortuita casuque fusa esse possunt. Minus contenderem, si de duabus tribusve strophis ageretur, sed quum tanta sit stropharum multitudo, casum ipsum legem secutum esse statuendum esset. Quare spero etiam futurum, ut, nisi omnino, aliquatenus tamen aliquando Hermannum in partes meas traducam, cui quam parum hanc descriptionem apprŏbare mihi contigerit, discere licet ex Dissert. de usu antistr. p. XII. Ut singulis aliquot descriptionis locis fallar, nihil tamen omnino hic antistrophici esse, quae Hermanni sententia est, (nam illam trimetrorum responsionem vix ausim responsionem dicere,) id nemo quisquam unquam mihi persuadebit.

Iam ne nimia me audacia ad hunc ordinem restituendum Codicum lectiones deseruisse putes, mutationes, quas feci, si de ν ἐφελκυστικῷ aut adiecto aut omisso discesseris, hae sunt.

στρ. α΄. Bis posui πότνια. In Aeschyl. Suppl. 676. Ἄρτεμιν δ' ἑκάταν γυναικῶν λόχους ἐφορεύειν, vox ἑκάτα ut adiectivum accipitur, cuius loci mentionem desidero in Io. Henr. Vossii V. Cel. dissert. de Hecata, quae inserta est Nov. Act. Societ. Lat. Ien. Vol. I. p. 365.

στρ. β΄. τε vulgo collocatur ante ἔμβολα. Sed omittunt plane Codd. Flor. X. et August. I. quarum lectionum notitiam debeo Hermanno. Augustanus alter χαλκῷ δ'.

στρ. γ΄. Ex ὃς feci ὅστις, quod etiam Scholiasta videtur legisse.

ἀντ. γ΄. Post γίγαντι adieci τε ob similitudinem proximae syllabae omissum. Qui consimilium carminum rationem contulerit, pa-

rum offendet in eo, quod hoc loco strophae initium posuimus.

ἀντ. β'. ὅτος mutavi in ὅδ', ὅς. Corrupit, qui versum trimetrum iambicum putaret. vid. supra p. 100. coll. p. 13. Ante Ζῆθε articulum Cod. Cant. cum Scholiasta omittit. Sed quum strophici quoque versus lectio variet, non pro certo affirmo, Euripidis me manum restituisse. Proximo versu pro καταβόςρυχος Hermanno aliquando in mentem venit καταβοςρύχοις, quod multo mihi videtur aptius. In versus initio excidisse puto ὡς, quod corruptelae genus admodum frequens est. Sic ὡς legas in hoc ipso carmine v. 128. ὡς γαῦρος, ὡς φοβερὸς εἰσιδεῖν, v. 140. ὡς ἀλλόχρως ὅπλοισι, v. 150. ὡς ὄχλος νιν-ἀμφέπει, v. 171. ὡς ὅπλοις χρυσέοις ἐκπρεπὴς, v. 182. ὡς ἀτρεμαῖα κέντρα-ἰθύνει.

μεσ. Satis haec mesodus a ceteris distinguitur versu heroico, qui unus est in toto hoc carmine.

ἀντ. δ'. De anapaesto in antistrophicis trimetris vid. Lobeck. ad Ai. 705. coll. ibid. Epist. Crit. p. 438. ad quem Aiacis locum plura etiam exempla Erfurdtius meus dabit. Possis etiam legere:

πᾶ δ', ὅς γ' ἐμοὶ μιᾶς ἐγένετ' ἐκ ματέρος.

Ματέρος omnes libri habent. Fortasse alicui probabilius videbitur, si totus hic locus a v. 150. ad v. 165. pro mesodo accipiatur, duo antistrophica systemata disiungente.

ϛρ. ἑ. Vid. supra §. 59. p. 148. seqq. — Obiicit Hermannus meus, vocem ὁμογενέτορα

non posse strophae finem facere, quod dochmiacus numerus ulterius hic continuari queat. Cui obiectioni profecto tribuerem aliquid, nisi in eam ipsam syllabam, quam antistropha requirit, sententiae finis caderet. Plene etiam Aldus post eam vocem interpungit. Ac plures possem locos afferre, quorum eadem rhythmica ratio est. Si quem brevis ultima in ὁμογένετορα male habeat, is conferat Aeschyl. Agam. 1082. Eum. 143. 267. Soph. Antig. 1325. 1346. Sed quid haec congero?

στρ. ς'. Ad γέρον apposui ὦ. Possis etiam:

ὅπλοις χρυσέοι-
σιν, γέρων, ἐκπρεπής.

De lectione ἀελίου, mutanda fortasse in ἁλίου, vid. supra p. 105. not.

στρ. η'. Eustathii lectionem μετάφρενον pro μεταφέρων non continuo cum Porsono vitiosam appellem, quae, si κέντρα pro nominativo accipias, intelligi potest, nec metro adversatur, modo legas πώλοισι. Ἰθύνει mutatum nolim. *) — Conf. supra §. 58. et 59.

ἀντ. Δ. Hic aliquid excidisse, colligi poterat ex omnium Codd. MSS. lectione, qui verbum Καπανεὺς seorsum ponunt, quorumque nullus vocem ἑπτὰ in proximo versu omittit. Iam res confirmatur antistropha.

---

*) Obiter moneo, in Epigr. Adesp. Iacobs. Anthol. IV. p. 217. ἰθύνειν primam corripere:

οὐ γὰρ ἄτερ μάστιγος ἰθύνεται ἵππος ἀγήνωρ.

Cuius correptionis vix aliud exemplum invenias. Videtur poeta serioris esse aetatis.

ἀντ. ή. Ante ἰὼ interiere exclamationes quaedam, fortasse ἰὼ ἰὼ, nisi Euripides scripsit:

Ἰὼ ἰὼ Νέμεσι, δίκα, καὶ Διός.

Scholiastes certe, φεῦ, ὦ Νέμεσις δίκη, καὶ Διὸς etc. Conf. Hercul. Fur. 738. — Suidas, qui ter hunc locum citat, (vid. Pors.) omittit Διὸς, et pro καὶ bis post βαρύβρομοι inserit τε. Sed allegat locum tanquam Aristophanis, qui iocans fortasse, ut solet, Euripidis verba repetiit. Proximo versu melius fortasse scribitur πῦρ τε κεραύνιον. Certe sic contractio vocalium ιο in κεραύνιον evitatur. Quod post αἰθαλόεν inserui φάος, multi Codices et Scholiastes efferunt φῶς pro πῦρ, cuius explicatio vix esse potest. Quare utrumque servandum et hoc aptiori loco ponendum censui. De confusione vocum φῶς et φάος vid. Indic. ad Porson. fabulas Euripid. Olim duplicandum putaram σύ τοι, ut duplicavit Soph. Philoct. 1095. Ai. 359.

ἀντ. ς'. Quoniam Codex offert δώσων, ego ὅς mutavi in ὅ. — Anapaesticam anacrusin in stropha tuebitur Aeschyl. Sept. ad Theb. 331. Soph. Electr. 164. Possit etiam scribi ὅδε γ' ἐςίν.

ἀντ. έ. Vulgo μήποτε μήποτε.

XI.

Ad p. 16. — Eur. Phoeniss. 298 — 357. Hoc carmen, si quid video, hoc modo disponendum est.

Προῳδ.

ΧΟΡ.

ὦ συγγένεια τῶν Ἀγήνορος τέκνων
ἐμῶν τυράννων, ὧν ἀπεςάλην ὕπο,
γονυπετεῖς ἕδρας προςπιτνῶ σ', ἄναξ,
τὸν οἰκόθεν νόμον σέβουσα.

ςρ. ά.

1. ἔβας, ὦ χρόνῳ γαῖαν πατρῴαν,
2. ἰὼ, ἰὼ, πότνια,
3. μόλε πρόδρομος,
4. ἀμπέτασον πύλας.
5. κλύεις, ὦ τεκοῦσα τόνδ'; ὦ μᾶτερ,
6. τί μέλλεις ὑπώροφα μέλαθρα περᾷν,
7. θίγειν τ' ὠλέναισι σαῖσιν τέκνου;

μεσ. ά.

ΙΟΚ.

Φοίνισσαν, ὦ νεάνιδες, βοὰν
ἔσω δόμων κλύουσα τῶνδε γή-
ρᾳ τρομερὰν ἕλκω παιδὶ ποδὸς βάσιν.

ςρ. β'.

1. ἰὼ ἰὼ τέκνον,
2. χρόνῳ σὸν ὄμμα μυρίαις ἐν ἁμέραις
3. προςεῖδον. ἀμφίβαλλε μα-
4. ςὸν ὠλέναισι ματέρος,
5. παρηΐδων τ' ὄρεγμα, βοςρύχων τε
6. κυανεόχρωτα χαίτας πλόκον ἐμὰν σκιά-
7. ζων δέραν.

ἀντ. β΄.

1. ἰὼ μόλις φανεὶς
2. ἄελπτα κἀδόκητα ματρὸς ὠλέναις.
3. τί φῶ σε; πῶς ἅπαντα χερ-
4. σὶ καὶ λόγοισι πολυέλι-
5. κτον ἀδονὰν ἐκεῖσε καὶ τὸ δεῦρο
6. περιχορεύουσα τέρψιν παλαιᾶν λάβω
7. χαρμονᾶν;

στρ. γ΄.

1. ὦ τέκος, ἔρημον πάτριον ἔλιπες δόμον,
2. φυγὰς ἀποσταλεὶς ὁμαίμου λώβᾳ,
3. ποθεινὸς φίλοις, ποθεινὸς Θήβαις.
4. ὅθεν ἐμάν τε λευκόχροα κείρομαι
5. δακρυόεσσ' ἱεῖσά σοι
6. πενθήρη κόμαν, ἄπεπλος λευκῶν
7. φαρέων, τέκνον,
8. δυςόρφναια δ' ἀμφὶ τρύχη τάδε
9. σκότι' ἀμείβομαι.

ἀντ. γ΄.

1. ὁ δ' ἐν δόμοισι πρέσβυς ὀμματοστερής,
2. ἀπήνας ὁμοπτέρου τᾶς ἀπο-
3. ζυγείσας δόμων, ἀμφιδάκρυτον αἰ-
4. εὶ κατέχων πόθον ἀνῆξεν ἐπὶ ξίφους
5. αὐτόχειρά τε σφαγὰν
6. ὑπέρ τ' ἀγχόνας τέρεμνα, στενά-
7. ζων ἀρὰς τέκνοις,
8. σὺν ἀλαλαῖσι δ' αἰὲν αἰαγμάτων
9. σκότια κρύπτεται.

μεσ. β'.

σὲ δ', ὦ τέκνον,
καὶ γάμοισι δὴ
κλύω ζυγέντα παιδοποιὸν ἁδονὰν
ξένοισιν ἐν δόμοις ἔχειν,
ξένον τε κῆδος ἀμφέπειν·
ἄλαστα ματρὶ τᾷδε Λα-
ΐῳ τε τῷ παλαιγενεῖ,
γάμων ἐπακτὰν ἄταν.

ἀντ. ά.

1. ἐγὼ δ' οὔτε σοι πυρὸς ἀνῆψα φῶς
2. νόμιμον ἐν γάμοις,
3. ὡς πρέπει
4. ματέρι μακαρίᾳ·
5. ἀνυμέναια δ' Ἰσμηνὸς ἐκηδεύθη
6. λουτροφόρου χλιδᾶς· ἀνὰ δὲ Θηβαίαν
7. πόλιν ἐσιγάθη σᾶς ἔσοδος νύμφας.

ἐπῳδ.

ὄλοιτο τάδ' εἴτε σίδαρος,
εἴτ' ἔρις, εἴτε πατὴρ ὁ σὸς αἴτιος,
εἴτε τὸ δαιμόνιον κατεκώμασε
δώμασιν Οἰδιπόδα.
πρὸς ἐμὲ γὰρ κακῶν ἔμολε τῶνδ' ἄχη.

Conspectus systematis hic est:

προῳδ. ά. μεσ. β' β' γ' γ' μεσ. ά. ἐπῳδ.

Proodum cum stropha ά canit Chorus, epodum cum antistropha ά Iocasta; media omnia unius Iocastae sunt.

στρ. ά. v. 1. Vulgo ἔβας, ἔβας. Semel habet Cod. Flor. II. Videtur infra v. 1026. corruptelae locum dedisse. Idem Cod. praebet γαῖαν. Fortasse Euripides dedit:

ἔβας, ὦ, χρόνῳ, γᾶν πατρίαν, ἔβας.

v. 4. Vulgo ἀναπέτασον.

v. 5. ὦ ante mater et v. 6. σαῖσιν ex paraphrasta Musgravii inserui. Eandem vocem a librariis omissam vidimus supra p. 195. not. Tota stropha ex dochmiacis constat, semel tantum v. 3. interpositus est Creticus.

μεσ. ά. Vid. supra p. 120. 121. Pro ποδὶ lectionem Cod. Flor. X. παιδὶ recipiendam putavi.

στρ. β'. Vulgo hic semel ἰὼ et in antistropha bis. A v. 6. Cretici incipiunt, quibus stropha finitur. Mutavi vulgatam lectionem, quae sic habet: κυανόχρωτα χαίτας πλόκαμον, σκιάζων δέραν ἐμάν. Hermannum casu numerus pedum fefellit.

ἀντ. β'. v. 3. Post ἅπαντα addunt libri καὶ.

στρ. γ'. v. 1. Vulgo ἰὼ et πατρῷον. Unius codicis lectio τέκος, ἐμὸν τέκος, parum me movet, in tanto ceterorum consensu.

v. 3. Certissime mihi persuasum est, ab aliena manu additum esse ἤ, quod vulgo ante utrumque ποθεινὸς legitur. Fortasse similitudini literarum Η et Π originem debet. Vid. Bast. ad Gregor. Corinth. p. 715.

v. 5. Libri omnes δακρυόεσσαν, sine sensu. Corruptum hunc locum esse, et praestantissimi quique poetae editores intellexerunt, et

ostendit insignis Scholiorum discrepantia. Unde nihil mirum, si numeri quoque ex vulgata lectione cum antistrophicis non congruunt.

v. 6. λευκῶν posui ante φαρέων. Φάρεα primam producit etiam Iphig. Taur. 1149.

ἀντ. γ'. v. 4. Vulgo: πόθον ἀμφιδάκρυτον αἰεὶ κατέχων ἀνῇξε μὲν ξίφος ἐπ' αὐτόχειρά τε σφαγὰν, ὑπὲρ τέρεμνά τ' ἀγχόνας. Πόθον etiam Hermannus ponit post κατέχων. Locum certa emendatione restituere non licet, quod strophae lectionem pariter corruptam esse vidimus. Proposui tamen emendandi viam, quo ostenderem, antistrophicos numeros nec genere neque ambitu nimis a strophicis recedere. Utcunque poeta scripserit, antistrophicae responsionis indicio est etiam vocabulum τέκνον, cui eodem antistrophae loco oppositum est τέκνοις. Ceterum ἐπὶ ante τέρεμνα legisse videtur unus ex Scholiastis, et pro τε ante σφαγὰν Brubach. et Hervag. habent σε.

v. 8. αἰὲν ante αἰαγμάτων Codices collocant; et σκότια pro σκοτίᾳ etiam Hermannus probat. Cf. supra p. 107.

ἀντ. α'. Vid. supra p. 90. seq.

v. 6. ἔσοδος scripsi pro εἴσοδος.

Quod duplicem mesodum attinet, similem habemus in Eurip. Electra in carminibus post v. 111. quae carmina, quod male vulgo disponuntur, et aliquot etiam dochmiacos continent, statim hic adscribam:

ϛρ. ά.

1. σύντειν', ὥρα, ποδὸς ὁρμάν·
2. ὦ ἔμβα,
3. ἔμβα κατακλαίουσ', ἰώ μοί μοι.
4. ἐγενόμαν Ἀγαμέμνονος,
5. καὶ τέκεν με Κλυταιμνήστρα,
6. στυγνὰ Τυνδαρέου κόρα.
7. κικλήσκουσι δέ μ' ἀθλίαν
8. Ἠλέκτραν πολιῆται.
9. φεῦ φεῦ τῶν σχετλίων πόνων
10. καὶ στυγερᾶς ζόας.
11. ὦ πάτερ, σὺ δ' ἐν Ἅιδι δὴ
12. κεῖσαι σᾶς ἀλόχου σφαγεὶς,
13. Αἰγίσθου τ', Ἀγάμεμνον.

Μεσ. ά.

ἴθι, τὸν αὐτὸν ἔγειρε γόον,
ἄναγε πολύδακρυν ἁδονάν.

ἀντ. ά.

1. σύντειν', ὥρα, ποδὸς ὁρμάν·
2. ὦ ἔμβα,
3. ἔμβα κατακλαίουσ', ἰώ μοί μοι.
4. τίνα πόλιν, τίνα δ' οἶκον, ὦ
5. τλᾶμον σύγγονε, λατρεύεις,
6. οἰκτρὰν ἐν θαλάμοις λιπὼν
7. πατρῴοις, ἐπὶ συμφοραῖς
8. ἀλγίσταισιν, ἀδελφεάν;
9. ἔλθοις τῶνδε πόνων ἐμοὶ
10. τᾷ μελέᾳ λυτὴρ,
11. ὦ Ζεῦ Ζεῦ, πατρί θ' αἱμάτων
12. ἐχθίστων ἐπίκουρος, Ἄρ-
13. γει κέλσας πόδ' ἀλάταν.

ϛρ. β′.

1. θὲς τόδε τεῦχος ἐμῆς ἀπὸ κρατὸς ἑ-
2. λῶσ᾽, ἵνα πατρὶ γόους νυχίους
3. ἐπορθοβοάσω,
4. ἰακχὰν ἀοιδὰν, μέλος ἀΐδα,
5. πάτερ, σοι κάτω γᾶς ἐνέπω γόους
6. οἷς ἀεὶ τὸ κατ᾽ ἦμαρ
7. διέπομαι. κατὰ μὲν φίλαν
8. ὄνυχι τεμνομένα δέραν,
9. χέρα τε κρᾶτ᾽ ἀποκούριμον
10. τιθεμένα θανάτῳ σῷ.

Μεσ. β′.

ἒ ἒ δρύπτε κάρα.
οἷα δέ τις κύκνος ἀχέτας
ποταμίοις παρὰ χεύμασιν
πατέρα φίλτατον καλεῖ,
ὀλόμενον δολίοις βρόχων
ἕρκεσιν· ὣς σὲ, τὸν ἄθλιον,
πάτερ, ἐγὼ κατακλαίομαι.

ἀντ. β′.

1. λουτρὰ πανύϛαθ᾽ ὑδρανάμενον χροΐ
2. κοίτᾳ ἐν οἰκτροτάτᾳ θανάτου.
3. ἰώ μοι, ἰώ μοι.
4. πικρᾶς μὲν τομᾶς σᾶς πελέκεως, πάτερ,
5. πικρᾶς δ᾽ ἐκ Τροίας ὁδοῦ ἀβουλίας.
6. οὐ μίτραισι γυνή σε
7. δέξατ᾽ οὐδ᾽ ἐπὶ ϛεφάνοις,
8. ξίφεσι δ᾽ ἀμφιτόμοις, λυγρὰν
9. Αἰγίσθου λώβαν θεμένα,
10. δόλιον ἔσχεν ἀκοίταν.

στρ. α΄. De lectione et distinctione secundi et tertii versus nihildum certi definiam.

v. 5. Vulgo contra metrum κόρα, καί με τέκε Κλυταιμνήστρα. Si displicet emendatio, quam proposui, potes etiam legere:

ἐγενόμαν Ἀγαμέμνονος
κόρα, τέκε δὲ Κλυταιμνήστρα.

Ceterae in hac stropha emendationes iam ab aliis occupatae sunt.

μεσ. α΄. Ex hac descriptione clarum est, perperam editores hoc loco sumsisse lacunam. De altero versu vid. supra p. 44. not. Prior etiam Glyconeus est, syllaba finali in duas breves soluta. Nondum enim observatum est, ubi numeri continuantur, Glyconeos non minus quam dochmiacos finalem syllabam interdum solvere. Sic Eur. Suppl. 971.

ὑπολελειμμένα μοι δάκρυα
μελέα, παιδὸς ἐν οἴκοις.

Hinc intelligitur, quomodo distingui debeant versus Eur. Phoeniss. 215. Pors.:

Ἰόνιον κατὰ πόντον ἐλά-
τᾳ πλεύσασα, περιῤῥύτων.

ant. 227.

ἴσα δ' ἀγάλμασι χρυσοτεύ-
κτοις Φοίβῳ λάτρις ἐγενόμαν.

(In hoc postremo versu Creticus finalis primam solutam habet, ut in eadem fabula 215. 241. 244. Pors. Hel. 1335. 1505.

Electr. 458. 732.) Videtur etiam Heathius recte distinxisse Iphig. Aul. 1054.

παρὰ δὲ λευκοφαῆ ψάμαθον
εἱλισσόμεναι
κύκλια πεντήκοντα κόραι
Νηρέως γάμους ἐχόρευσαν.

ant. 1076.

μακάριον. τότε δαίμονες
τᾶς εὐπάτριδος
γάμον Νηρήδων ἔθεσαν
πρώτας, Πηλέως θ' ὑμεναίους.

In stropha κύκλια bene habet. Pro Νηρῆος scripsi Νηρέως et in antistropha Νηρήδων pro Νηρηΐδος. Ultimi versus responsionem tuebuntur Iphig. Taur. 429.

μέλπουσιν ἐγκύκλιοι.

ant. 445.

ποινὰς δοῦσ' ἀντιπάλους.

Iphig. Aul. 1050.

λέκτρων τρύφημα φίλον.

ant. 1072.

ὅπλων ἡφαιστοπόνων.

Hel. 1326.

θηρῶν ὅτε ζυγίους
ζεύξασα θεὰ σατίναν.

ant. 1344.

οὐ καρπίζουσ' ἀρότοις
λαῶν φθείρει γενεάν.

ὅττε profectum videtur ab interpolatore metrico. In antistropha scripsi γενεάν. Ibid. 1507.

καρύξατ' ἀγγελίαν.

ant. 1524.

ἂν Ἰδαίων ἐρίδων.

Hippol. 146.

Δίκτυνναν ἀμπλακίαις.

ant. 1[illegible]6.

Κρήτας ἔξορμος ἀνήρ.

Ibid. 525.

ἔρώς, ἔρως, ὁ κατ' ὀμμάτων.

ant. 535.

ἄλλως ἄλλως παρά τ' Ἀλφεῷ·

ubi male Brunckius pro ἄλλως ἄλλως proponit μάτην, μάτην.

Fortasse etiam Eurip. Orest. 840. soluta est syllaba Glyconei finalis. Nam is locus antistrophicus est. A v. 829. τίς νόσος ad v. 831. θέαθαι mesodum puto; hinc ita lego:

οἷον ὅς γ' ἔργον τελέσας
οἷα βεβάκχευται μανίαις
Εὐμενίσιν θήραμα φόνῳ,
δρομάσι δινεύων βλεφάροις
παῖς Ἀγαμεμνόνειος·

antistropha:

ἰὼ μέλεος ματρὸς, ὅτε
χρυσεοπηνήτων φαρέων
μασὸν ὑπερτέλλοντ' ἐσιδὼν
σφάγιον ἔθετο ματέρα, πατρί-
ων παθέων ἀμοιβάν.

Ad primum strophae versum vid. Pors. Alterum οἷον in οἷα mutatum in proximi versus initio posui. Vid. supra p. 214. coll.

Bast. ad Gregor. Cor. p. 771. Paulo post vulgo legitur *Ἀγαμεμνόνειος παῖς*. In antistropha ex *ὦ* feci *ἰὼ* et *πατρίων* ex *πατρῴων*. *)

ἀντ. β'. Male hi primi tres versus ad primam antistropham referuntur, neque, quam hinc ferunt, epodus est.

v. 3. Probat Schneiderus in Lexico verbum *ἐπορθοβοᾶν*.

v. 4. Editiones *ἰαχὰν*, et sequenti versu *κατὰ γᾶς ἐννέπω*. Metro etiam satisfaceret *κατ' αἴας ἐνέπω*, sed non memini me usquam formam *αἶα* reperire, ubi de inferis sermo est. *Ἰαχὰ* et *ἰαχεῖν* plus decies adhuc in Tragicis male legitur pro *ἰακχὰ*, *ἰακχεῖν*.

ἀντ. β'. v. 3. Vulgo *ἰώ μοί μοι*.

v. 4. Editiones *πελέκεως* collocant ante *τομᾶς σᾶς*. Ita delendum foret *μέν*.

v. 5. Legitur vulgo *βουλᾶς*. Verto: *infandum post Troianam expeditionem consilium*.

v. 6. Male vulgo *οὐ μίτραις σε γυνή*.

XII.

Ad p. 16. — Eur. Bacch. a v. 1033 — 1040. antistrophica sunt hoc modo:

---

*) Obiter corrigam Glyconeum Anacreontis in eleganti Fragmento *Δ*. p. 335. Fisch., ubi pro *σὺ δ' ἐκ ἀΐεις* legendum est *σὺ δ' ὃ κλύεις*.

στρ. ά.

ΧΟΡ.

εὐάζω ξένα μέλεσι βαρβάροις.
οὐκέτι γὰρ δεσμῶν ὑπὸ φόβῳ πτήσσω.

στρ. β'.

ΑΓ.

Θήβας δ' ἀνάνδρους ὧδ' ἄγεις; * *
* * * * * *

μεσῳδός.

ΧΟΡ.

ὁ Διόνυσος, ὁ Διόνυσος, οὐ Θῆβαι,
κράτος ἔχουσ' ἐμόν.

ἀντ. β'.

ΑΓ.

συγγνωστὰ μέν σοι. πλὴν ἐπ' ἐξειργασμένοις
κακοῖσι χαίρειν, ὦ γυναῖκες, οὐ καλόν.

ἀντ. ά.

ΧΟΡ.

ἔννεπέ μοι, φράσον, τίνι μόρῳ θνήσκει,
ἄδικος, ἄδικά τ' ἐκπορίζων ἀνήρ.

στρ. β'. Certum lacunae signum est mancus trimeter.

μεσ. Vid. supra p. 140.

ἀντ. ά. Vid. supra p. 90. seq.

XIII.

Ad p. 17. — Eur. Troad. a v. 239—270. Huius carminis describendi in editione Troadum hocce periculum fecimus:

στρ. ά.

ἙΚΑΒΗ.

τόδε τόδ', ὦ φίλαι
γυναῖκες, ὃ φόβος ἦν
* * μοι πάλαι.

ΤΑΛΘΥΒΙΟΣ.

ἤδη κεκλήρωσθ', εἰ τόδ' ἦν ὑμῖν φόβος.

στρ. β'.

ἙΚΑΒΗ.

αἶ αἶ, τίνα γ' ἢ Θεσσαλίας πόλιν, ἢ
Φθιάδος εἶπας, ἢ Καδμείας χθονός;

ΤΑΛΘ.

κατ' ἄνδρ' ἑκάστη, κοὐχ ὁμοῦ λελόγχατε.

ἀντ. ά.

ἙΚΑΒΗ.

τίν' ἄρα τίς ἔλαχεν;
τίνα πότμος εὐτυχὴς
Ἰλιάδων μένει;

ΤΑΛΘ.

οἶδ'· ἀλλ' ἕκαστα πυνθάνου, μὴ πάνθ' ὁμοῦ.

στρ. γ'.

ἙΚΑΒΗ.

τοὐμὸν τίς ἄρ' ἔλαχε τέκος, ἔννεπε,
τλάμονα Κασσάνδραν;

ΤΑΛΘ.

ἐξαίρετόν νιν ἔλαβεν Ἀγαμέμνων ἄναξ.

ἀντ. γ'.

ἙΚ.

ἦ τᾷ Λακεδαιμονίᾳ νύμφᾳ
δούλαν; ὤ μοί μοι.

ΤΑΛΘ.

οὔκ, ἀλλὰ λέκτρων σκότια νυμφευτήρια.

ἀντ. β'.

ἙΚ.

ἦ τὰν Φοίβου παρθένον, ᾇ γέρας ὁ
χρυσοκόμας ἔδωκ' ἄλεκτρον ζωάν;

ΤΑΛΘ.

ἔρως ἐτόξευσ' αὐτὸν ἐνθέου κόρης.

στρ. δ'.

ἙΚ.

* * ῥίπτε, τέκνον, ζαθέους τε κλη-
ῖδας καὶ ἀπὸ χροὸς ἐνδυτῶν στεφέ-
ων ἱεροὺς στολμούς.

ΤΑΛΘ.

οὐ γὰρ μέγ' αὐτῇ, βασιλικῶν λέκτρων τυχεῖν;

στρ. έ.

'ΕΚ.

* * * * *
* * *

ΤΑΛΘ.

* * * * * * * * *

ἀντ. έ.

'ΕΚ.

τί δ'; ὃ νεοχμὸν ἀπ' ἐμέθεν ἐλά-
βετε τέκος, ποῦ μοι;

ΤΑΛΘ.

Πολυξένην ἔλεξας, ἢ τίν' ἱστορεῖς;

στρ. ζ'.

'ΕΚ.

ταύταν * * τῷ πάλος ἔζευξεν;

ΤΑΛΘ.

τύμβῳ τέτακται προσπολεῖν Ἀχιλλέως.

ἀντ. δ'.

'ΕΚ.

ὤμοι ἐγώ· τάφῳ πρόσπολον ἐτεκόμαν.
ἀτὰρ τίς ὅδ' ἦν νόμος, ἢ τί θέσμιον,
ὦ φίλος, Ἑλλάνων;

ΤΑΛΘ.

εὐδαιμόνιζε παῖδα σήν· ἔχει καλῶς.

ἀντ. ζ'.

ΕΚ.

τί τόδ' ἔλακες; ἆρά μοι ἀέλιον λεύσσει;

ΤΑΛΘ.

ἔχει πότμος νιν, ὥστ' ἀπηλλάχθαι πόνων.

Stropharum series haec est:

α' β' α' γ' γ' β' δ' ε' ε' ζ' δ' ζ'

Nititur haec descriptio maxime responsione stropharum β', γ' et δ'.

στρ. α'. Ante φίλας adieci ὦ. Pyrrhichium enim in strophae initio ante dochmios non memini me reperire. Vid. supra p. 153. Γυναῖκες pro vulgato Τρῳάδες restitui ex Cod. Flor. partim antistropha monitus, partim, quod Τρῳάδες facilius explicationis causa adscribi potuit ad γυναῖκες, quam γυναῖκες ad Τρῳάδες. Alter versus iambicus est. In tertio excidisse puto repetitum φόβος. Saepe enim Euripides timendi vocabula duplicat.

στρ. β'. Post εἶπας male vulgo additur γ'.

ἀντ. α'. τίν' ἆρα τίς. Ita Cod. Flor. — Si quis in stropha malit retinere Τρῳάδες, possit hic scribere ἔλαχε, omisso ν, ut tres fiant dochmii. Ante Ἰλιάδων deletus a me est articulus τῶν.

στρ. γ'. Vulgo τἀμὸν δὲ τίς ἆρ'. Particula δὲ melius hic videtur abesse. Pro ἆρ' Aldus habet ἄρ'. Fortasse scribendum etiam est ἔνεπε pro ἔννεπε. Versus constat e dacty-

lo cum anacrusi et duobus dochmiis. Vid. supra §. 58. et 59. a p. 145.

ἀντ. γ'. Pro ὦ vulgo ἰώ.

ἀντ. β'. Pro δῶκεν scripsi ἔδωκ'. Quae mutatatio eo lenior est, quod ε in ἔδωκ' ob praecedens σ facile oculum fallere poterat. Hermanno magis placet inseri ἔχειν post ἄλεκτρον.

ϛρ. δ'. In primi versus initio aliquid excidit, fortasse οἴμοι. Paulo post ante κλῃῖδας inserui τε, quod nunc etiam Hermanno probatur; nisi fortasse post ζαθέας excidit θεᾶς, qua ratione scribendum esset κλῇδας. Saepe vox θεὸς a librariis aut addita aut omissa est. Vid. Porson. ad Phoeniss. 5. coll. Schaef. Melet. Crit. p. 52. et 153. (Add. Hemsterh. ad Aristoph. Plut. v. 859. *Schaef.*) Lectione κλάδους, quam quidam proponunt, nihil lucramur. Vid. Spanhem. ad Call. Hymn. in Cer. 44. quem Musgravius laudat, et conf. infra v. 330. Aeschyl. Suppl. 299. Huc etiam pertinet Nostri Iphig. Taur. 132. Illam enim orationem non Iphigeniae, sed chori esse, alibi demonstrabimus. — Mox vulgo κἀπό. Vid. supra p. 148. et 150.

ϛρ. έ. Ut hoc loco potius, quam, quod equidem opinatus eram, post verba ἦ τίν' ἱςορεῖς v. 262. maiorem lacunam ponerem, auctor mihi fuit Hermannus. Potuit enim sane ad Talthybii quaestionem aliquid ab Hecuba responderi. Nihil autem accidere facilius poterat, quam ut una harum strophularum, in quibus eadem semper personarum distributio est, librariorum oculos effugeret.

ἀντ. ἑ. τί δ'; ὅ. Ita Musgravius secundum MS. Harl. et Tyrwhittum. Ald. τί δέ. Hic versus qualis sit, antistropha deficiente, non licet definiri. Vid. tamen supra p. 157. In fine dochmium fuisse, coniicio ex ceterarum strophularum consuetudine.

ϛρ. ζ'. Mira mihi semper, etiam antequam de antistrophica carminis ratione cogitarem, haecce Hecubae responsio visa est. Iam, si recte carmen descripsi, excidisse quaedam, ex antistropha intelligitur. Praeterea Aldus interpungit post ταύταν non minus quam post τῷ, et Brubach. pro τῷ legit καί.

ἀντ. ζ'. Etiam hic versus cuiusmodi fuerit, et utrum vitio careat, quod equidem dubitem, existimari non potest, dum strophae defectus Codicum ope resarciatur. Dimetrum dochmiacum fuisse ideo non est probabile, quod hiatus sedem non suam occupat. Vid. supra §. 40. et 41. Dochmium finalem potius dactylus videtur antecessisse ἆρά μοι, quem omnes libri habent. — In senarii fine pro κακῶν lectionem MSS. Cott. et Flor. πόνων restitui.

Hinc nova sequitur strophula, antistropham suam statim comitem habens, quam utramque praeter senarios et initium, in quo Hermannus legit τί δ'; ᾗ δὲ τοῦ, integram supra proposuimus p. 149. — A v. 279. separatum systema incipit hoc:

Π ρ ο ῳ δ ό ς.

ἙΚΑΒΗ.

ἒ ἒ,
ἄρασσε κρᾶτα κύριμον,
ἕλκ' ὀνύχεσσι δίπτυχον παρειάν.

ϛρ.

ἰὼ ἰώ μοι,
μυσαρῷ δολίῳ τε λέλογχα φωτὶ δου-
λεύειν
πολεμίῳ, δίκας παρανόμῳ δάκει.

ἀ ν τ.

ὃς πάντα τἀκεῖσ'
ἔθετ' ἀντίπαλ' αὖθις ἐκεῖσε διπτύχῳ
γλώσσᾳ,
φίλα τὰ πρότερ' ἄφιλα τιθέμενος
πάντων.

Ἐπῳδός.

γοᾶσθ', ὦ Τρῳάδες, με.
βέβακα δύσποτμος, οἴχομαι τάλαιν', ἃ
δυςτυχεςάτῳ
προςέπεσον κλήρῳ.

ϛρ. Vid. supra p. 140. — In antistropha construe: ὃς διπτύχῳ γλώσσᾳ πάντα τὰ ἐκεῖσε ἔθετο αὖθις ἐκεῖσε, ἀντίπαλα γενόμενα, sive ὥςτε ἀντίπαλα γενέσθαι. Ne quis haereat in ἔθετο — τιθέμενος, conf. Pors. ad Hec. 605. — Sequentis versus initium Ald. sic exhibet: ἃ φιλατά. Brub. ἃ φίλα τά. Illud ἃ ex praegresso γλώσσᾳ videtur repetitum. Pro πάντων in fine

Euripides fortasse scripsit πάντως, nisi magis placeat πάλιν ὧν (vid. Pors. Addend. ad Hec. p. 101. seq.), ut πάλιν antistrophae finem faciat, et ὧν in epodi initio collocetur, ὧν (i. e. δι' ὧν) γοᾶθ', ὦ Τρῳάδες, με. Conf. Soph. Oed. R. 179. Trachinn. 122. Amant enim Tragici non modo pronomen relativum in stropharum exordiis ponere, ut Eur. Hec. 73. (cf. Herm. de usu antistr. p. X.) Phoeniss. 689. (vid. Herm. ibid. p. V.) Hipp. 764. Iphig. Aul. 218. Troad. 285. Bacch. 89. 995. Heracl. 363. Hel. 1369. Aeschyl. Suppl. 63. Soph. Oed. R. 1196. (cf. Erfurdt. ed.) Oed. Col. 1239. Antig. 1137. Trach. 647. 841. sed etiam particulas relativas, veluti ἵνα, ubi, Soph. Philoct. 691. Eur. Ion. 712. ὅτε Troad. 807. ὅτι Soph. Electr. 1070. alias.

Ἐπῳδ. Vulgo ἁ τάλαιν', et paulo post προςέπεσα, pro quo bene MSS. Cott. et Flor. προςέπεσον, ut dochmiaco numero epodus finiatur.

XIV.

Ad p. 17. — Eur. Troad. a v. 308 — 340. antistrophica sunt hoc modo:

στροφή.

1. Ἄνεχε, πάρεχε· φῶς φέρε, σέβω, φλέγω
2. λαμπάσι τόδ' ἱερόν·
3. ὦ Ὑμέναι', Ὑμὴν ἄναξ,
4. ἰδοὺ, ἰδοὺ μακάριος ὁ γαμέτας,
5. μακαρία δ' ἐγὼ
6. κατ' Ἄργος ἁ γαμουμένα.

7. Ὑμὴν, ὦ Ὑμέναι' ἄναξ.
8. ἐπεὶ σὺ μᾶτερ, ἐπὶ δάκρυσι καὶ
9. γόοισι τὸν θανόντα πατέρα πατρίδα τε
10. φίλαν καταςένȣσ' ἔχεις,
11. ἐγὼ δ' * * ἐπὶ γάμοις ἐμοῖς
12. ἀναφλέγω πυρὸς φῶς
13. ἐς αὐγὰν, ἐς αἴγλαν,
14. Ὑμὴν, ὦ Ὑμέναιε, σοὶ
15. διδȣ̃σ', ὦ Ἑκάβα, φάος,
16. παρθένων ἐπὶ λέκτροις,
17. ᾇ νόμος ἔχει.

ἀντιςροφή.

1. πάλλε πόδ' αἰθέριον· ἄναγε χορὸν, εὐὰν
εὐοῖ,
2. ὡς ἐπὶ πατρὸς ἐμȣ̃
3. μακαριωτάταις τύχαις.
4. ὁ χορὸς ὅσιος, ἄγε σὺ, Φοῖβε, νὶν,
5. κατὰ σὸν ἐν δάφναις
6. ἀνάκτορον θυηπολῶ.
7. Ὑμὴν, ὦ Ὑμέναι', Ὑμήν.
8. χόρευε, μᾶτερ, ἄναγε πόδα σόν·
9. ἕλισσε τᾷδ' ἐκεῖσε μετ' ἐμέθεν ποδῶν
10. φέρȣσα φιλτάταν βάσιν.
11. βοάσατ' εὖ τὸν Ὑμέναιον, ὦ,
12. μακαρίαις ἀοιδαῖς
13. ἰακχαῖς τε νύμφαν.
14. ἴτ', ὦ καλλίπεπλοι Φρυγῶν
15. κόραι, μέλπετ' ἐμὸν γάμον,
16. τὸν πεπρωμένον εὐνᾷ
17. πόσιν ἐμέθεν.

ϛϱ. v. 1. Vid supra p. 53. ubi per errorem male posita est interpunctio.

v. 3. Ὑμὴν, quod Aldus omittit, Cod. Flor. collocat ante Ὑμέναιε. Variat in hac formula verborum ordo.

v. 4. Vid. supra p. 159.

v. 5. Post hunc versum MS. Flor., Musgravio teste, inserit βασιλικοῖς λέκτροις, quae ex v. 259.

οὐ γάρ μέγ' αὐτῇ βασιλικῶν λέκτρων τυχεῖν;

huc aliquis videtur adscripsisse. Antistropha enim, nisi liberius librorum lectionem mutare velis, haec verba iubet repudiari.

v. 8. ἐπεί. Musgravius: „Huic loco, ubi nullus ratiocinii nexus, vix convenire videtur coniunctio ἐπεί. Legendum forte: ἦπου σὺ, μᾶτερ." An fortasse per ironiam hoc vult: *quoniam tu, mater, patris semper patriaeque calamitatem luges immemor eorum, quae matrem facere decet in filiae nuptiis, at ipsa ego, quae tuae partes sunt, facem accendam tibique offeram.* Si haec explicatio displiceat, potes etiam pro ἐπεί legere ἀεί.

v. 11. Desiderantur hic duae syllabae. Proximis litteris repetitis lego: ἐγὼ δέ γ' ὧδ'.

v. 14. σοί pertinet ad vocativum ὦ Ἑκάβα, quam vocem bene Musgravius restituit pro Ἑκάτα, quod libri habent.

v. 16. Hic versiculus male in libris repetitur post σοὶ v. 14.

v. 17. Legi etiam possit ἅ.

ἀντ. v. 1. De exclamatione εὐοῖ vid. supra p. 195. nisi delere eam malis.

v. 4. νίν. Ita probabiliter Musgravius. Vulgo νῦν. Fortasse idem proximo versu recte emendat θυηπόλῳ pro θυηπολῶ.

v. 7. Vulgo Ὑμὴν, ὦ Ὑμὴν, Ὑμήν.

v. 8. Vid. supra p. 118. — Ibid. pro ἄναγε πόδα σὸν, MSS. Cotton. et Flor. ἀναγέλασον, corrupte, opinor.

v. 13. Vulgo ἰαχαῖς. Vid. supra p. 263.

XV.

Ad p. 20. — Eur. Hec. a v. 1056.—1084. Huius difficillimi carminis disponendi periculum feci hoc:

στρ.

1. ἰώ μοι ἐγώ.
2. πᾶ βῶ; πᾶ στῶ; πᾶ κέλσω,
3. τετράποδος βάσιν θηρὸς ὀρεστέρου
4. τιθέμενος ἐπὶ χεῖρα κατ' ἴχνος * *.
5. ποίαν ἢ ταύταν,
6. κείναν, ἢ τάνδ' ἐξαλλάξω,
7. τὰς ἀνδροφόνους μάρψαι χρῄζων
8. Ἰλιάδας, αἵ με διώλεσαν
9. τάλαιναι κόραι, τάλαιναι, Φρυγῶν.
10. ὦ κατάρατοι, ποῖ καί με φυγᾷ

11. πτώσσουσιν μυχῶν; εἴθε μοι ὀμμάτων
12. αἱματόεν βλέφαρον
13. ἀκέσαι, ἀκέσαιο, τυφλὸν, ἅλιε,
14. φέγγος ἀπαλλάξας.

μεσ.

ἃ ἅ. σίγα, σίγα· κρυπτὰν
βάσιν αἰσθάνομαι τάνδε γυναικῶν.

ἀντ.

1. πᾶ πόδ' ἐπάξας
2. σαρκῶν ὀστέων τ' ἐμπλησθῶ;
3. θοίναν ἀγρίων τιθέμενος θηρῶν,
4. ἀρνύμενος λώβαν, λύμας ἀντίποιν'
5. ἐμᾶς; ὢ τάλας,
6. ποῖ, πᾶ φέρομαι, τέκν' ἔρημα λιπὼν
7. Βάκχαις Ἅιδου διαμοιρᾶσαι,
8. σφακτὰν κυσὶ φονίαν τε δαῖτ'
9. ὀρείαν ἀνήμερόν τ' ἐκβολάν.
10. πᾶ βῶ; πᾶ στῶ; πᾶ κάμψω, ναῦς
11. ὅπως ποντίοισι πείσμασι λινόκρο-
12. κον φᾶρος στέλλων,
13. ἐπὶ τάνδε συθεὶς τέκνων ἐμῶν φύλαξ
14. ὀλέθριον κοίταν;

Simpliciorem certe huius carminis descriptionem vix reperias. Una est stropha, ab antistropha sua mesodo distincta, quae mesodus ob ipsam, quam continet, sententiam aptissime has vices sustinet. In singulorum locorum emendatione, vanissimus essem, nisi concederem, hic illic falli me posse. Nihil tamen temere a me additum, nihil contra libros demtum. Aliquo-

ties tantum a vulgato verborum ordine discessi. Sed hoc quidem in Hecuba magis quam alibi concessum mihi putavi, quod in hac fabula saepissime male collocata vocabula sunt, imo integri etiam loci. Exemplo sint v. 76. ubi aperta confusio est, v. 175. ubi tres pene versus loco suo moti sunt, v. 692. ubi, quam aliquot codices exclamationem addunt *αἶ αἶ κακῶν*, hunc quidem locum tenere vix potest, v. 703. et 704. ubi antistropha certissimis signis transpositionem vocabulorum postulat, v. 1098. ubi integrum versum libri male collocant. Quae perversae verborum collocationes quum omnium sint librorum MSS., ea res indicio est, omnes nostros Codices communem ex uno vetusto Codice originem habere.

ϛϙ. v. 1. Vulgo *ὤ μοι ἐγώ*. *Ἰὼ* prima longa occurrit Aeschyl. Agam. 1530. Soph. Oed. R. 163. 1308. Electr. 150. Eur. Med. 97. 115. Suppl. 1114.

v. 4. Deest aliquid, quod praeter metrum sensus demonstrat, quem ut restitueret, coniecit Porsonus *καὶ* pro *κατ'*. Fortasse Euripides scripsit *καὶ ἴχνος ποδῶν*, quae ultima vox facile poterat excidere propter sequens *ποίαν*.

v. 6. *κεῖναν*. Hoc addidi ex Scholiasta, qui aperte sic habuit. Explicat enim *ποίαν παρέλθω ὁδόν; ἆρα ταύτην, ἆρα ἐκείνην, ἆρα τήνδε; — Ταύταν ἢ κεῖναν* etiam legitur v. 163. Dionysii Halic. locum de Compos. Verbor. p. 219. Schaef., ut recte Uptonus observat, non maiori iure illuc quam huc retuleris.

v. 9. Ita proculdubio verba collocanda sunt,

quód etiam Hermannus vidit, licet libri habeant τάλαιναι, τάλαιναι κόραι. Sic enim plerumque repetitiones in dochmiacis ponuntur. Aeschyl. Sept. ad Theb. 124.

ἐπίλυσιν φόβων, ἐπίλυσιν δίδου.

Ibid. 156.

κλύετε παρθένων, κλύετε πανδίκους.

Pers. 656.

βαλὴν ἀρχαῖος, βαλὴν, ἴθι, ἵκου.

Soph. Oed. Col. 843.

πόλις ἐναίρεται, πόλις ἐμὰ σένει.

Ibid. 885.

μόλετε σὺν τάχει, μόλετ'· ἐπεὶ πέ-
ραν. *)

Ibid. 1480.

ἵλαος ὦ δαῖμον, ἵλαος, εἴ τι γᾷ.

Antig. 1323.

ἄγετέ μ' ὅτι τάχος, ἄγετέ μ' ἐκποδών.

Aiac. 349.

μόνοι ἐμῶν φίλων, μόνοι τ' ἐμμένον-
τες.

Eur. Orest. 142.

ἀπόπρο βᾶτ' ἐκεῖσ', ἀπόπρο μοι κοίτας.

Ibid. 323.

τινύμεναι δίκαν, τινύμεναι φόνον.

Ibid. 1353.

κτύπον ἐγείρετε, κτύπον καὶ βοάν.

Phoeniss. 324.

ποθεινὸς φίλοις, ποθεινὸς Θήβαις.

---

*) Legendum videtur ἐπεὶ περῶσιν ἤδη πέραν.

Med. 1273.

ἀκύεις βοὰν, ἀκύεις, τέκνων;

Med. 1282.

μίαν δὴ κλύω, μίαν τῶν πάρος.

Hippol. 836.

τὸ κατὰ γᾶς θέλω, τὸ κατὰ γᾶς κνέφας.

Iphig. Taur. 835.

ἀγκάλαι-
σι νεαρὸν τροφῦ νεαρὸν ἐν δόμοις.

Ibid. 846.

χάριν ἔχω ζωᾶς, χάριν ἔχω τροφᾶς.

Et saepius alibi. De corruptelae causa cf. quae diximus supra ad Hippol. 852. p. 211.

v. 11. Aldus ἰὼ ἰώ. Sed omittunt Codices; omiserunt etiam Brunckius et Porsonus. Vid. tamen supra p. 194. seq.

v. 12. Ad πτώσσυσι addidi ν paragogicum. Hic et proximus dochmiaci sunt, in quibus ultimus dochmius syllaba finali solutus est. Cf. supra ad Ion. p. 225. seq.

μεσ. σίγα duplicat Aldus. cf. Alcest. 93.

ἀντ. v. 3. Transposui θηρῶν post τιθέμενος.

v. 5. Vulgo male ἰώ.

v. 8. seq. Aperte hic vocabulorum confusio est, ut vulgo legitur: σφακ7ὰν κυσί τε φονίαν (ita habet Aldus) δαῖτ' ἀνήμερον ὀρείαν τ' ἐκβολάν. Quam feci transpositionem particulae τε, ea ipsa, spero, se commendabit. Postrema epitheta transponenda esse dudum Hermannus intellexit in

in sua Hecubae editione. Fortasse dicat aliquis, formam ὀρείαν, ut magis poeticam, non facile a librariis illatam esse; illata tamen est Hippol. 144. ubi ὀρείας, et Eur. Electr. 170. ubi ὀρειβάτας scribendum. Ceterum numerorum eadem compositio est, quam supra habuimus in loco Bacch. 1152. p. 141. coll. 116. nisi quod nostro loco in nomine proprio primam versiculi arsin stropha solvit.

v. 11. Vid. Porson. Potest omnino hic versus oppositus videri secundo strophae versui πᾶ βῶ; πᾶ στῶ; πᾶ κέλσω; Sed ita etiam in Eur. Orest. versum 323.

καθικετεύομαι, καθικετεύομαι.

facile suspiceris oppositum esse versui 341.

κατολυφύρομαι, κατολοφύρομαι.

et tamen hic uno versu prior antecedit. — In proximis versibus nihil mutavi praeter ποντίοις in ποντίοισι. Fateor tamen, nondum mihi hic omnia satisfacere, quamvis hoc ipso loco antistrophica responsio certissima sit. Hermannus, cui haec mea descriptio displicebat, aliam viam ineundam putavit in dissert. de usu antistr. p. VII. seq. De responsione tamen ultimorum versuum mecum consentit, quam ut restituat, post vocem βλέφαρον v. 1057. versum putat excidisse. Mihi in antistropha potius confusionis videtur esse sedes.

Tribus senariis iambicis interiectis ab eadem persona carmen canitur multis de causis memorabile, quod hoc modo descripsimus, haud dissentiente Hermanno de usu antistr. p. VIII.

στρ. ά.

αἶ αἶ, ἰὼ Θρήκης
λογχοφόρον, ἔνοπλον, εὔιππον Ἄ-
ρει κάτοχον γένος.

στρ. β'.

ὦ Ἀχαιοὶ, ὦ Ἀτρεῖδαι.

στρ. γ'.

βοὰν βοὰν ἀΰτῶ,
βοὰν, ἰὼ ἰὼ, ἴτε,
ἴτ', ἴτε, μόλετε πρὸς θεῶν.

Μεσῳδός.

κλύει τις, ἢ οὐδεὶς ἀρκέσει; τί μέλλετε;

ἀντ. γ'.

γυναῖκες ὤλεσάν με,
γυναῖκες αἰχμαλωτίδες.
δεινὰ, δεινὰ πεπόνθαμεν.

ἀντ. β'.

ποῖ τράπωμαι; ποῖ πορευθῶ;

ἀντ. ά.

ᾧ μοι ἐμᾶς λώβας,
αἰθέρ' ἀμπτάμενος οὐράνιον ὑ-
ψιπετὲς εἰς μέλαθρον,

Ἐπῳδός.

Ὠρίων ἢ Σείριος ἔνθα πυρὸς φλογέας ἀφίη-
σιν ὄσσων αὐγάς; ἢ τὸν ἐς Ἀΐδα
μελανοχρῶτα πορθμὸν ᾄξω τάλας;

Strophae hoc ordine sese excipiunt:

α΄ β΄ γ΄ μεσ. γ΄ β΄ α΄ ἐπῳδός.

ϛρ. α΄. Recte Aldus et MSS. ἔνοπλον. — Vid. supra p. 129.

ϛρ. β΄. Pro ὦ libri utrobique ἰώ.

ϛρ. γ΄. v. 2. De varia huius versus lectione, conf. Porsonus. Hermannus:

βοάν· ἰὼ ἴτ᾽, ὦ ἴτε,
μόλετε πρὸς θεῶν.

qua ratione in antistropha alterum δεινὰ delendum est. Idem tamen monet, hanc vocem posse retineri, si quis ante μόλετε repeti malit ἴτ᾽ ἴτε. Incerta res est. Possit etiam, deleto in antistropha altero γυναῖκες, legi:

βοὰν βοὰν αὔ-
τῶ βοὰν ἰὼ,
ἴτ᾽, ἴτε, μόλετε πρὸς θεῶν.

ut respondeant haec:

γυναῖκες ὤλεσάν μ᾽
αἰχμαλωτίδες.
δεινὰ, δεινὰ πεπόνθαμεν.

Sed non sine vi, ut Hermannus admonet, repetitum hic esse videtur vocabulum γυναῖκες.

μεσ. Apte medium locum tenet senarius iambicus.

ἀντ. β΄. Hic versus vulgo collocatur post proximum.

ἀντ. ά. Nihil hic mutatum est. Hermannus, qui paulo aliter numeros compositos esse putat, delet εἰς. Sed ex eius quoque descriptione pariter atque ex hac ultima huius strophae longa syllaba in duas breves soluta est, cuius rei aliud exemplum non novi. Ferenda tamen hic videtur, quod arctissime epodus cum hac strophula cohaeret.

ἐπῳδ. Vid supra p. 152.

v. 3. Vulgo ἀΐξω.

XVI.

Ad p. 22. — Eur. Phoeniss. a v. 1350 — 1360. ita dispono:

στρ.

ΚΡΕΩΝ.

αἶ αἶ.

1. μεγάλα μοι θροεῖς πάθεα καὶ πόλει.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

2. ὦ δώματ' εἰςηκούσατ' Οἰδίπου τάδε,
3. παίδων ὁμοίαις ξυμφοραῖς ὀλωλότων;

ΧΟΡ.

4. ὥςτ' ἐκδακρῦσαί γ', εἰ φρονοῦντ' ἐτύγχανεν.

ἀντ.

ΚΡ.

1. οἴμοι ξυμφορᾶς βαρυποτμωτάτας.

ΑΓ.

2. εἰ καὶ τὰ πρὸς τούτοισί γ' εἰδείης κακά.

ΚΡ.

3. καὶ πῶς γένοιτ' ἂν τῶνδε δυςποτμώτερα.

ΑΓ.

4. τέθνηκ' ἀδελφὴ σὴ, δυοῖν παίδοιν μέτα.

ἐπῳδός.

ΧΟΡ.

ἀνάγετ', ἀνάγετε κωκυτὸν
ἐπὶ κάρα τε λευκοπήχεις κτύπους χεροῖν.

ςρ. v. 1. Exclamationes αἶ αἶ aut extra versum ponendae sunt, (vid. supra p. 194. seq.) aut in antistropha repetendae.

ἀντ. v. 1. Post hunc versum legitur vulgo hic:

οἴμοι κακῶν δύςηνος· ὦ τάλας ἐγώ.

Sed Porsonus: „hunc versum a MSS. abesse notat Scaliger; et poterat sane abesse sine damno.“ Antistropha ostendit, eum abesse oportere. Ceterum in his iambis accuratam personarum responsionem non esse dictum supra est p. 248.

ἐπῳδ. Veram lectionem ἐπὶ κάρα, quam Codices exhibent, neglexit Porsonus. Vid. supra p. 161. — De prioris versus ratione nondum mihi constat.

XVII.

Ad p. 22. — Eur. Iphig. Aul. a v. 1475. — 1531. Hoc carmen antistrophicum esse, sta-

tim in oculos incurrit; restitutio tamen antistrophicae responsionis difficillima. Equidem iam, variis laboribus perfunctus, ita legendum censeο:

στρ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

1. *Ἄγετέ με τὰν Ἰλίου*
2. *καὶ Φρυγῶν ἑλέπτολιν·*
3. *στέφεα περίβολα δίδοτε, φέρετε, πλόκαμος*
4. *ὅδε καταστέφειν,*
5. *χερνίβων τε παγάς·*
6. *ἑλίσσετ' ἀμφὶ ναὸν, ἀμφὶ βωμὸν*
7. *Ἄρτεμιν * * * * **
8. *τὰν ἄνασσαν Ἄρτεμιν,*
9. *τὰν μάκαιραν, ὡς ἐμοῖσιν, εἰ χρεὼν,*
10. *αἵμασι θύμασί τε*
11. *θέσφατ' ἐξαλείψομεν.*
12. *πότνια πότνια μῆτερ, ὡς*
13. *δάκρυά γέ σοι δώσομεν ἁμέτερα·*
14. *παρ' ἱεροῖς γὰρ οὐ πρέπει.*
15. *ἰὼ νεάνιδες συνεπαεί-*
16. *δετ' Ἄρτεμιν Χαλκίδος ἀντίπορον,*
17. *ἵνα τε δόρατα μέμονε δάϊα δι' ἐμὸν ὄνο-*
18. *μα τᾶσδ' Αὐλίδος στενοπόροις ὅρμοις,*
19. *ἰὼ γᾶ μᾶτερ,*
20. *ὦ Πελασγία,*
21. *Μυκηναῖαί τ' ἐμαὶ Θεράπναι.*

μεσ.

ΧΟΡ.

καλεῖς πόλισμα Περσέως,
Κυκλωπίων πόνον χερῶν.

ΙΦ.

ἔθρεψας Ἑλλάδι μέγα φάος,
θανοῦσα δ᾽ οὐκ ἀναίνομαι.

ΧΟΡ.

κλέος γὰρ οὔ σε μὴ λίπῃ.

ΙΦ.

ἰὼ, ἰώ.
λαμπαδοῦχος ἁμέρα Διός τε φέγγος,
ἕτερον, ἕτερον αἰ-
ῶνα καὶ μοῖραν οἰκήσομεν.
χαῖρέ μοι, φίλον φάος.

ἀ ν τ.

ΧΟΡ.

ἰὼ ἰώ.
1. ἴδεσθε τὰν Ἰλίου
2. καὶ Φρυγῶν ἑλέπτολιν,
3. στείχουσαν βωμὸν δαίμονος, ἐπὶ κάρα
4. στέφεα βαλομέναν
5. χερνίβων τε παγὰς,
6. θεᾶς ῥανίσιν αἱματοῤῥύτοις θανοῦσαν,
7. εὐφυῆ τε σώματος δέρην σφαγεῖσαν.
8. εὔδροσοι παγαὶ πατρῷ-
9. αι μένουσι χέρνιβές τέ σε, στρατός τ᾽
10. Ἀχαιῶν θέλων
11. Ἰλίου πόλιν μολεῖν.
12. ἀλλὰ τὰν Διὸς κόραν
13. κλήσωμεν Ἄρτεμιν, θεῶν ἄνασσαν,
14. ὡς ἐπ᾽ εὐτυχεῖ πότμῳ.
15. ὦ πότνια, θύμασι βροτησίοις
16. χαρεῖσα, πέμψον εἰς γᾶν Φρυγῶν

Ἑλλάνων ϛρατὸν καὶ δολόεντα Τροι-
ας ἕδη, Ἀγαμέμνονά τε λόγχαις, Ἑλλάδι
κλεινότατον ϛέφανον,
ἀμφὶ κρᾶθ' ἑὸν
κλέος ἀείμνηϛον ἀμφιθεῖναι.

ϛρ. v. 1. Vid. supra p. 116.

v. 3. Prima specie hi numeri usque ad *καταϛέφειν* iambici esse videntur, quos tamen in antistropha vix nanciscare. Equidem pro dochmiis habui.

v. 5. Vulgo *παγαῖς*. Sed *παγὰς*, ut Reiskius coniecerat, in antistrophico habent duo Codices, probante Marclando. Ego et hic reponendum duxi.

v. 7. Frustra explicando huic loco operam interpretes dedere; lacuna hic est, indicante antistropha. Nec pertinet huc locus Hercul. Fur. 687. seqq. quem Musgravius citat; ibi enim coniungenda sunt *παιᾶνα ὑμνοῦσι τὸν Λατοῦς γόνον*. Sic in ipsa Iphig. Aul. paulo ante v. 1468.

ὑμεῖς δ' ἐπευφημήσατ', ὦ νεάνιδες,
παιᾶνα, τῇ 'μῇ συμφορᾷ, Διὸς κόρην
Ἄρτεμιν.

cf. Porson. ad Eur. Phoeniss. 300.

v. 10. Ultima dochmii soluta est, quamvis numeri mutentur: vid. supra p. 225. seqq. Idem fit in antistropha v. 19.

v. 11. Metri causa scribendum est *ἐξαλειψομεν* pro *ἐξαλείψω*. Ita paulo post *δώσομεν* et v. 1508. *οἰκήσομεν*.

v. 12. Male hic Chori persona praefigitur et v. 16. iterum Iphigeniae. Omnia in stropha Iphigeniae, in antistropha Chori sunt. Ante πότνια omisi ὦ, nisi forte scribendum est ὦ πότνα, πότνα, quam formam in antistropha v. 16. sed perperam ibi, duo Codices exhibent.

v. 15. Ex ὦ feci ἰώ. Hic versus, ut sequens, constat ex diiambo et dochmio.

v. 16. Hic et duo proximi dochmiaci sunt. Nam, licet trochaicam speciem initium habeat, non video tamen, quomodo antistrophici huic numero facile aptari queant. Ac v. 18. verba ξενοπόροις ὅρμοις, et v. 19. ἰὼ γᾶ μᾶτερ, aperte dochmiacum numerum habent. Versus tamen 17. una brevi syllaba abundat. Ἵνα τε mutatum nolim. An Euripides scripsit δόρα, ut dicitur κέρα pro κέρατα? Sed certae quidem fidei sunt solae formae δοῦρα et δόρη. Metro etiam satisfaceret, si δάϊα pro disyllabo habeatur, (vid. Eustath. ad Homer. Iliad. B. p. 213, 48. Bas.) et prima corripiatur ad illa exempla, quae supra proposuimus §. 42. p. 100.

v. 19. Vulgo μῆτερ. Sed praecedit γᾶ. Ceterum ultima in μᾶτερ pro longa habetur propter exclamationem.

v. 21. Recte hunc versum a Musgravio et aliis emendatum esse, nunc antistropha ostendit.

μεσ. Hanc mesodum esse non pro certo dixerim. Possunt enim etiam hic antistrophica latere.

ἀντ. Exclamationes ἰὼ ἰὼ in stropha desiderantur; itaque aut etiam illic adiicienda sunt, aut

hic extra versum sumenda. Conf. supra p. 194.

v. 3. *βωμὸν δαίμονος.* Haec verba vulgo v. 6. ante *θεᾶς* collocantur. Bene Heathius: „*βωμὸν* pendet a praecedente *στείχουσαν* subaudita praepositione *πρὸς* vel *ἐπί.*" Ut metra congruant, ad hoc ipsum participium, ad quod pertinent, ea verba retraxi. Quid *γε* sibi velit, quod libri addunt post *βωμὸν*, non exputo. Quare hoc quidem omisi.

v. 4. Malui scribere *βαλομέναν* pro *βαλλομέναν*, quam transponere *βαλλομέναν στέφη.* Ac quum in stropha legatur *στέφεα*, hanc formam hic etiam reposui.

v. 6. *θανοῦσαν* proleptice intelligendum. Paulo post etiam *σφαγεῖσαν* dicere debuit poeta, quum dixisset *θανοῦσαν.* In versus initio *θεᾶς* monosyllabon est.

v. 9. Pronomen, quod vulgo legitur post *μένουσι*, transposui post *τε.*

v. 13. Hic versus strophico non respondet. Vitii sedem hic potius quam in strophico esse arbitror. Ille enim ex diiambo constat et dochmio, ut vv. 15 et 16. syllaba dochmii finali soluta, quam solutionem ante eundem trochaicum habuimus in strophae v. 10. An scripsit Euripides

κλήσωμεν Ἄρτεμιν, ἄνασσαν, ὡς
θεῶν ἐπ' εὐτυχεῖ πότμῳ,

ut *θεῶν* monosyllabon sit? Nam vereor, ut Diana recte dicatur *θεῶν ἄνασσα.* Saepissime autem reperias *τύχη θεῶν* sive *δαιμόνων* et similia.

v. 16. Legitur vulgo εἰς Φρυγῶν γαῖαν.

v. 18. Vulgatam ἕδη retinui, (vid. supra p. 98.). Confer. tamen p. 78.

v. 22. Deletum a me est δὸς ante ἀμφὶ propter solutam finalem praegressi dochmii. Addidit illud explicator. Ibidem Codicum lectionem κάρα θ' in κρᾶθ' mutavi. In appositione sunt Ἑλλάδι κλεινότατον στέφανον et κλέος ἀείμνηστον. Fortasse tamen recte Marklandus coniecit λόγχαις Ἑλλάσι.

XVIII.

Ad p. 26. — Eur. Med. a v. 1251. ita legendum puto:

στρ.

1. Ἰὼ γᾶ τε καὶ παμφαὴς
2. ἀκτὶς ἀελίου, κατίδετ', ἴδετε τὰν
3. ὀλομέναν γυναῖκα, πρὶν φοινίαν
4. τέκνοις προσβαλεῖν χέρ' αὐτοκτόνον·
5. τᾶς σᾶς γὰρ ἀπὸ χρυσέας γονᾶς
6. ἔβλαστεν· θεῶν δ' αἵματι πιτνεῖν
7. φόβος ὑπ' ἀνέρων. ἀλλά νιν, ὦ φάος
8. διογενὲς, κάτειργε, κατάπαυσον, ἔξ-
9. ελ' οἴκων τάλαιναν φονίαν τ' ἐριν-
10. νὺν ὑπ' ἀλαστόρων.

ἀντ.

1. μάταν μόχθος ἔρρει τέκνων,
2. ἆρα μάταν γένος φίλιον ἔτεκες, ὦ
3. κυανεᾶν λιποῦσα Συμπληγάδων
4. πετρᾶν ἀξενωτάταν εἰσβολάν;

5. δειλαία, τί σοι φρενῶν βαρὺς
6. χόλος προςπιτνεῖ, καὶ δυςμενὴς
7. φόνος ἀμείβεται; χαλεπὰ γὰρ βροτοῖς
8. ὁμογενῆ μιάσματ' ἐπὶ γαῖαν αὐ-
9. τοφόνταις ξυνῳδὰ θεόθεν πιτνοῦντ'
10. ἐπὶ δόμοις ἄχη.

ϛρ. v. 2. Vid. supra p. 103. not.

v. 5. Pro σᾶς scripsi τᾶς σᾶς, metri causa, et proximo versu lectionem quinque librorum αἵματι pro vulgato αἷμα recepi. Vid. supra p. 162.

v. 7. Quas hic et in v. 10. Porsonus metricas emendationes proponit, iis metrum corrumpitur. Vid. supra §. 7. et §. 9.

v. 8. Legitur φοινίαν, praeterquam in Lascar. quae φονίαν offert. Transposui verba φονίαν τάλαιναν, quamquam metrum quidem vulgarem ordinem ita ferret, si φονίαν ut disyllabon acciperetur.

ἀντ. v. 2. ἆρα μάταν. Ita quatuor libri. Quod sine Codicum auctoritate non mutaverim. Musgravius, Brunckius et Porsonus ἆρα ponunt post μάταν, posterior etiam uterque scribunt ἄρα.

v. 9. αὐτοφόνταις. Sic Cod. L. apud Porsonum.

Quae hinc sequuntur, etiam antistrophica sunt hoc modo:

ΠΑΙΣ.

οἴμοι, τί δράσω; πῶς φύγω μητρὸς χέρας;

ΠΑΙΣ ἝΤΕΡΟΣ.

οὐκ οἶδ', ἀδελφὲ φίλτατ', ὀλλύμεσθα γάρ.

ΧΟΡ.

ϛρ. α΄.

1. ἀκούεις βοὰν, ἀκούεις, τέκνων;
2. ἰὼ τλᾶμον, ὦ κακοτυχὲς γύναι.

ϛρ. β΄.

1. παρέλθω δόμους; ἀρῆξαι φόνον
2. δοκεῖ μοι τέκνοις.

ΠΑΙΔΕΣ.

ναὶ, πρὸς θεῶν ἀρήξατ᾽· ἐν δέοντι γάρ·
ὡς ἐγγὺς ἤδη γ᾽ ἐσμὲν ἀρκύων ξίφους.

ΧΟΡ.

ϛρ. γ΄.

1. τάλαιν᾽, ὡς ἄρ᾽ ἦσθα πέτρος ἢ σίδα-
2. ρος, ἅτις τέκνων
3. ὃν ἔτεκες
4. ἄροτον αὐτόχειρι μοίρᾳ κτενεῖς.

ἀντ. α΄.

1. μίαν δὴ κλύω, μίαν τῶν πάρος
2. γυναῖκ᾽ ἐν φίλοις χέρα βαλεῖν τέκνοις,
Ἰνὼ μανεῖσαν ἐκ θεῶν, ὅθ᾽ ἡ Διὸς
δάμαρ νιν ἐξέπεμψε δωμάτων ἄλῃ.

ἀντ. β΄.

1. πιτνεῖ δ᾽ ἁ τάλαιν᾽ ἐς ἅλμαν, φόνῳ
2. τέκνων δυσσεβεῖ,
ἀκτῆς ὑπερτείνασα ποντίας πόδα,
δυοῖν τε παίδοιν ξυνθανοῦσ᾽ ἀπόλλυται.

ἀντ. γ'.

1. τί δέ ποτ' οὖν γένοιτ' ἂν ἔτι δεινόν; ὦ
2. γυναικῶν λέχος
3. πολύπονον,
4. ὅσα βροτοῖς ἔρεξας ἤδη κακά.

Non multa in hoc carmine Personus emendanda reliquit.

στρ. γ', v. 3. Vulgo legitur ὧν ἔτεκες, quod Porsono displicuit. Magis, opinor, probaturus fuisset ὃν, quo antistropha ducit. Nec tamen dixerim, ὧν metro repugnare. Vid. supra §. 61, p. 156.

ἀντ. γ'. v. 1. δὴ mutavi in δὲ, et v. 4. post ὅσα omisi δή.

Restat, ut de trimetrorum responsione dicam, quae in hoc carmine minus accurata est. Ac non audeo definire, quaenam prisca carminis forma fuerit. Primo quidem adspectu duo senarii excidisse videntur post stropham α'. Sed possint etiam ii, qui hanc stropham antecedunt, post eam collocari, si exclamationes quasdam primitus illum locum tenuisse statuamus. Fortasse denique, quos pueri trimetros habent, quod extra scenam illi intus canuntur, omnino ad systema non pertinent. Ita antistropha ad eum modum trimetris Iambicis distincta foret, qua anapaestis idem Noster antistropham distinxit in Ion. a v. 219.

XIX.

Ad p. 34. — Eur. Hec. a v. 155 — 215.
Huius loci antistrophica descriptio haec est:

ϛροφὴ ά.

ΕΚΑΒΗ.

1. *Οἴ ἐγὼ μελέα, τί ποτ' ἀπύσω;*
2. *ποίαν ἀχώ; ποῖον ὀδυρμόν;*
3. *δειλαία δειλαίου γήρως,*
4. *δουλείας τᾶς οὐ τλατᾶς,*
5. *τᾶς οὐ φερτᾶς. ὤ μοί μοι.*
6. *τίς ἀμύνει μοι; ποία γέννα,*
7. *ποία δὲ πόλις; φροῦδος πρέσβυς,*
8. *φροῦδοι παῖδες.*
9. *ποίαν, ἢ ταύταν ἢ κείναν,*
10. *στείχω; ποῖ δ' ἥσω; ποῦ τις θεῶν*
11. *ἢ δαίμων ὢν ἐπαρωγός; ἰὼ*
12. *Τρῳάδες ὦ κάκ' ἐνεγκοῦσαι*
13. *πήματ', ἀπωλέσατ', ὠλέσατ'. οὐκέτι μοι βίος*
14. *ἀγαϛὸς ἐν φάει.*
15. *ὦ τλάμων, ἄγησαί μοι, πούς,*
16. *ἄγησαί μοι τᾷ γραιᾳ*
17. *πρὸς τάνδ' αὐλάν. ὦ τέκνον, ὦ παῖ,*
18. *δυϛανοτάτας ματέρος, ἔξελθ'*
19. *οἴκων· ἄϊε ματέρος αὐδάν.*

ϛρ. β΄.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

ἰώ.

1. *μᾶτερ, μᾶτερ, τί βοᾷς; τί νέον*

2. καρύξασ' οἴκων μ', ὥς' ὄρνιν,
3. θάμβει τῷδ' ἐξέπ7αξας;

ϛρ. γ'.

ΕΚΑΒΗ.

1. τέκνον, ὡς εἰδῇς, οἵαν, οἵαν
2. αἴω φάμαν περὶ σᾶς ψυχᾶς.
3. ἰώ μοι, τέκνον.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

4. τι με δυςφημεῖς; φροίμιά μοι κακά.

ΕΚΑΒΗ.

5. αἶ αἶ σᾶς ψυχᾶς.

ἀντ. γ'.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

1. ἐξαύδα, μὴ κρύψῃς δαρόν.
2. δειμαίνω, δειμαίνω, μᾶτερ,
3. τί ποτ' ἀναςένεις;

ΕΚΑΒΗ.

4. τέκνον, τέκνον μελέας ματρός.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

5. τί τόδ' ἀπαγγέλλεις;

ϛρ. δ'.

ΕΚΑΒΗ.

1. σφάξαι σ' Ἀργείων κοινᾷ
2. ξυντείνει πρὸς τύμβον γνώμα
3. Πηλείδα γέννα.

ἀντ. δ΄.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

1. οἴμοι, μᾶτερ, πῶς φθέγγει
2. ἀμέγαρτα κακῶν; μάνυσόν μοι,
3. μάνυσον, μᾶτερ.

ἀντ. β΄.

ΕΚΑΒΗ.

1. αὐδῶ, παῖ, δυςφήμους φάμας·
2. ἀγγέλλουσ' Ἀργείων δόξαι
3. ψήφῳ τᾶς σᾶς μοι ψυχᾶς.

ἀντ. α΄.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

1. ὦ δεινὰ παθοῦσ', ὦ παντλάμων,
2. ὦ δυςάνου μᾶτερ βιοτᾶς,
3. οἵαν οἵαν αὖ σοι λώβαν
4. ἐχθίςαν, ἀῤῥήταν τις
5. δαίμων ὦρσεν δυςδαίμων;
6. οὐκέτι σοὶ παῖς ἅδ', οὐκέτι δὴ
7. γήρᾳ δειλαίᾳ δειλαίῳ
8. ξυνδουλεύσω.
9. σκύμνον γάρ μ' ὥς' οὐρειθρέπταν,
10. μόσχον, δειλαία, δειλαίαν
11. εἰσόψει χειρὸς ἀναρπαςὰν
12. σᾶς ἄπο, λαιμότομόν τ' Ἀΐδα
13. γᾶς ὑποπεμπομέναν σκότον, ἔνθα νεκρῶν μέτα
14. τάλαινα κείσομαι.
15. καὶ σὲ μὲν, ὦ μᾶτερ, δύςανον
16. κλαίω πανοδύρτοις θρήνοις·

17. τὸν ἐμὸν δὲ βίον, λώβαν, λύμαν τ'
18. οὐ μετακλαίομαι. ἀλλὰ θανεῖν μοι
19. ξυντυχία κρείσσων ἐκύρησεν.

Hic locus, quum maiorem partem ex anapaestis spondiacis compositus sit, aliquot tamen dochmiacos continet haud immemorabiles, quorum causa hanc antistrophicam eius descriptionem adiecimus. Quam quidem ita proposuimus, ut dudum, quum anapaestorum naturam indagaremus, nobis oblata est. Nam, quod nuper aliter informavit Hermannus de Usu Antistroph. p. X., ut ex singulis strophis α' faceret binas, id quidem hoc loco sive facias, sive non facias, equidem nihil magnopere arbitror interesse. Ordinem stropharum poeta secutus est hunc:

α' β' γ' γ' δ' δ' β' α'

Personae inverso ordine sibi respondent, ut Hecubae orationem in antistropha Polyxena suscipiat, Polyxenae Hecuba.

στρ. α'. v. 6. Vid. supra p. 82.

v. 10. Incideram in ἥξω pro ἥσω, quemadmodum dicuntur ποῖ ἔλθω; ποῖ μόλω; et similia. Sed sanum videtur ἥσω, subintellecto ἐμαυτόν. Vid. Lobeck. ad Aiac. p. 258. seq.

v. 11. Aldus et MSS. ἤ δαιμόνων ἐπαρωγός, invito metro. Unus Codex King. ἤ δαίμων ἔς ἐπαρωγός. Sed multis argumentis exploratum habeo, Codicem illum Kingianum ad recensionem metrici cuiusdam Scholiastae, fortasse Triclinii, exaratum esse, ut

apud me quidem perexigua eius sit auctoritas. Idem aliquoties observatum video a Musgravio et Porsono. Elegans Musgravii est coniectura ἢ δαίμων νῷν ἔτ' ἀρωγός, modo iam in scenam Polyxena prodiisset. Quod ego proposui certe facilitatis commendationem habet. Participium pertinet ad ἐπαρωγός. — Quae sequuntur, libri ita exhibent: ὦ κἀκ' ἐνεγκοῦσαι Τρῳάδες, ὦ κάκ' ἐνεγκοῦσαι. Antistropha ostendit, repetitionem istam librariis deberi.

v. 16. Inserui μοι cum Kingio.

v. 18. Duplicatur vulgo ἔξελθ'. Proximus versus dactylicus est.

v. 19. Huic versui omnes libri adiungunt haec;

ὦ τέκνον, ὡς εἰδῇς, οἵαν οἵαν
ἀΐω φάμαν περὶ σᾶς ψυχᾶς.

Quem utrumque versum cum Hermanno posuimus in initio strophae γ'. quo loco, dubitari non potest, quin a poeta fuerint collocati. Ceterum aut ὦ ante τέκνον omittendum est, ut nos fecimus, aut ad Hermanni mentem scribendum ἰὼ τέκνον, omisso in fine versus altero οἵαν. Sed Hermanno ideo non sum obsecutus, quod eius vocabuli duplicatio apud Tragicos est frequentissima, quae in hoc ipso carmine recurrit ἀντ. α'. v. 5.

στρ. β'. Ἰὼ cum Brunckio extra versum collocavimus. Vid. supra p. 194. seq.

στρ. γ'. v. 1. et 2. Vid. ad strophae α' v. 19.

v. 3. Vulgo legitur ὦ μοι τέκνον. Sed Cod. A. suprascriptum habet γρ. ἰώ μοι, quo re-

cepto versus eundem atque antistrophicus numerum dochmiacum habet.

ἀντ. γ'. v. 4. Ante τέκνον omisi ὦ.

v. 5. Librorum lectionem τί τόδ' ἀγγέλλεις retineri posse monet Hermannus, si in strophico scribas ἒ ἒ σᾶς ψυχᾶς. Veri tamen mihi similius videtur, strophas γ' non minus quam strophas δ' dochmiaco numero a poeta esse terminatas. Scribi etiam potest τί δὲ τόδ' ἀγγέλλεις, quod nuper Hermannus anteposuit, quum olim legisset τί τόδ' ἀπαγγέλλεις.

ϛρ. δ'. Restitui lectionem Aldi, quam, non intelligo, qua ratione deserere potuerint editores aliquot, atque in his recentissimi, qui Scholiastam unumque vel alterum librum secuti, hanc strophulam satis mire sic exhibent:

> σφάξαι σ' Ἀργείων κοινὰ
> συντείνει πρὸς τύμβον γνώμα
> Πηλείδα, γέννα.

Unus Musgravius in isto vocativo γέννα offendit, quem tamen vindicare studet Orphei loco Hymn. XII. v. 7. (Hymn. XIII. p. 274. Herm.). Sed illud male. Ibi enim deleta interpunctione post ἀστερόεντος coniunge:

> γαίης τε βλάστημα καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος
> γέννα.

Ad quam emendationem Orphei editores dudum ducere poterat Scaligeri versio:

> *Terraï proles, et coeli signitenentis*
> *Stirps.*

Non haererem, si Euripides scripsisset ἐμὰ γέννα, vel simili modo, sed nudum γέννα ita, ut hic vulgo accipiunt, non magis dici posse arbitror, quam apud Latinos, *genus*, *proles*, *stirps*, et similia. Neque erat, quare Aldi lectio damnaretur. Achillis tumulum intelligendum esse, quodammodo colligi potest ex adiecto Πηλεΐδα γέννα. Ac videtur omnino Euripides non tam Polyxenam respicere quam spectatores, quibus ea res pluribus iam esset enarrata. Praeterea ab ipso Neoptolemo Polyxenam mactatam esse infra narratur a v. 526. ex quo loco non inutile fuerit hanc Neoptolemi orationem comparare:

ὦ παῖ Πηλέως, πατὴρ δ' ἐμὸς,
δέξαι χοάς μοι τάςδε κηλητηρίους,
νεκρῶν ἀγωγούς· ἐλθὲ δ', ὡς πίῃς μέλαν
κόρης ἀκραιφνὲς αἷμ', ὅ σοι δωρούμεθα
στρατός τε, κἀγώ.

quae ultima verba nostro loco apprime conveniunt.

ἀντ. δ'. v. 3. Post alterum μάνυσον cum Cod. E. omisi μοι.

ἀντ. β'. v. 3. Male ante μοι libri inserunt περὶ, quod translatum huc videtur ex verbis strophae γ'. v. 2. περὶ σᾶς ψυχᾶς.

ἀντ. α'. v. 4 et 5. Omnes libri ἐχθίσταν ἀῤῥήταν τ' ὦρσέν τις δαίμων. Antistropha tamen pariter atque numerorum defectus excidisse quaedam indicant. Quod ego addidi δυςδαίμων, hoc certe commendationis habet, quod ob soni similitudinem vocum τις δαίμων et δυςδαίμων, alterius omis-

sio per erat facilis. Pari modo *δαίμων δυς-δαίμων* Noster coniunxit Iphig. Taur. 202. — Hermannus complet sic:

αἶ αἶ, λώβαν ἐχθίςαν
ἀῤῥήταν τ' ὦρσεν δαίμων.

omisso *τις* ante *δαίμων*. Certa loci emendatio ab unis melioribus libris speranda est. Monendum tamen videtur, si molossum intra spondiacos anapaestos admiseris, strophicis exclamationibus *ᾤ μοί μοι* extra versum positis, numerorum responsionem nasci hanc:

δουλείας
τᾶς ού τλατᾶς, τᾶς ού φερτᾶς.

antistropha:

ἐχθίςαν
ἀῤῥήταν τ' ὦρσέν τις δαίμων.

v. 14. Vulgo *ἁ τάλαινα.*

v. 15. Libri *καὶ σὲ μὲν, μᾶτερ δύςανε*. Porsonus *καὶ* omisit et in fine ex librorum aliquot lectione *δυςάνου βίου* fecit *δύςανε βίου*, quod lubentius amplecterer, nisi paulo ante v. 201. legeremus:

ὦ δυςάνου μᾶτερ βιοτᾶς,

unde nata videtur esse varians illa lectio. Equidem *καὶ* retinendum esse ratus ex librorum *δύςανε* sive *δυςάνου* feci *δύςανον*.

XX.

Ad p. 34. — Eur. Androm. a v. 842 — 866. Etiam hic locus ex parte saltem videtur fuisse antistrophicus, quem ita describendum arbitror:

Προῳδός.

ΕΡΜΙΟΝΗ.

1. Τί μοι ξίφος ἐκ χερὸς ἠγρεύσω;
2. ἀπόδος, ὦ φίλος, ἀπόδος, ἵν᾽ ἀνταίαν
3. ἐρείσω πλαγάν. τί με βρόχων εἴργεις;

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

4. Ἀλλ᾽ ἦ σ᾽ ἀφείην μὴ φρονοῦσαν, ὡς θάνοις;

ϛροφή.

ΕΡΜΙΟΝΗ.

1. Οἴ μοι πότμου· ποῦ μοι πυρὸς φίλα φλόξ;
2. ποῦ δ᾽ εἰς πέτρας ἀερθῶ;
3. ἢ ᾽κατὰ πόντον ἢ καθ᾽ ὕλαν ὀρέων,
4. ἵνα θανοῦσα νερτέροισιν μέλω;

Μεσῳδός.

ΧΟΡΟΣ.

Τί ταῦτα μοχθεῖς; ξυμφοραὶ θεήλατοι
πᾶσιν βροτοῖσιν ἢ τότ᾽ ἦλθον ἢ τότε.

ἀντιϛροφή.

ΕΡΜΙΟΝΗ.

1. Ἔλιπες, ἔλιπες, ὦ πάτερ, ἐπακτίαν μ᾽ ὡς-
2. εἰ μονάδ᾽, ἔρημον οὖσαν
3. ἐναλίου κώπας. ὀλεῖ, ὀλεῖ με· τᾷδ᾽
4. οὐκέτ᾽ ἐνοικήσω νυμφιδίῳ ϛέγᾳ.

Ἐπῳδός.

1. Τίνος ἀγαλμάτων ἱκέτις ὁρμάθω;
2. ἢ δούλα δούλας γόνασι προςπέσω;
3. Φθιάδος ἐκ γᾶς

4. κυανόπτερος ὄρνις εἴθ' εἴην,
5. ἢ πευκᾶεν σκάφος, ἃ
6. διὰ Κυανέας ἐπέρασ' ἀκτὰς
7. πρωτόπλοος πλάτα.

Προῳδός. v. 2. Revocavimus lectionem editionis Florentinae ὦ φίλος. Ceteri ὦ φίλη. Membran. Brunck. ὦ φίλ'.

ϛρ. v. 2. *Πέτρας* pro corrupto *πέρας* recte ab editoribus receptum esse, etiam metri ratio confirmat.

v. 3. Ante *κατὰ* adieci *ἢ*.

ἀντ. v. 1 et 2. Inserui *μ'* post *ἐπακτίαν*, quod pronomen Brunckius ante hanc vocem posuit, fortasse ex Codice. Corruptela tamen forsitan adhuc latet in altera syllaba vocabuli *ὡσεὶ*, pro quo malim *ὡς*, ne vox isto loco distrahatur. Ceterum vid. Bos. Ellips. Graec. p. 317 et 318. Schaef. Numeri utriusque versus iambici sunt.

v. 3. Dochmiacos restitui levi mutatione, quum libri habeant:

> ὀλεῖ μ', ὀλεῖ με.
> οὐκέτι τᾷδ' ἐνοικήσω etc.

Pessime Brunckius post *ὀλεῖ με* e membranis suis glossema *δηλαδὴ πόσις* in textum intulit, nec meliori successu defendit. In tanta animi perturbatione vox *πόσις* facile ab Hermiona poterat omitti. Neque omnino cuiquam obscurum esse potest, de quo sermo sit, quum haud procul ante v. 835. dixerit Hermiona, *δῆλα καὶ ἀμφιφανῆ καὶ*

ἄκρυπτα δεδράκαμεν πόσιν, famula vero paulo post v. 841. responderit:

συγγνώσεταί σοι τήνδ' ἁμαρτίαν πόσις.

Ἐπῳδός. v. 2. Recte Brunckius cum Scholiasta scripsit δόλας pro vulgato δόλοις. Imprudens supra p. 34. vulgatam excudi passus sum.

v. 3. Si lacunas habet haec Epodus, uti haud iniuria Brunckio visum est, forsitan hic antistropha latet, quae ei carminis parti, quam proodum constituimus, respondeat. A verbo tamen κυανόπτερος fieri vix potest quin fuerit epodus. — Ceterum hic novare quidquam non sum ausus.

XXI.

Ad p. 35. — Eur. Hercul. Fur. a v. 874. ad v. 921. Quamvis ingeniosam huius loci dispositionem proposuerit Hermannus, sunt tamen quaedam in ea, quae minus mihi satisfaciant. Equidem incidi in hanc:

Προῳδός.

ΧΟΡ.

1. Ὀτοτοτοῖ, στέναξον· ἀποκείρεται
2. σὸν ἄνθος, πόλις, ὁ Διὸς ἔκγονος·
3. μέλεος Ἑλλάς, ἃ τὸν εὐεργέταν·
4. ἀποβαλεῖς, ὀλεῖς μανιάσιν Λύσσας
5. χορευθέντ' ἐν αὐλοῖς.

6. βέβακεν ἐν δίφροισιν ἁ πολύστονος,
7. ἅρμασι δ' ἐνδίδωσι κέντρον,
8. ὡς ἐπὶ λώβᾳ Νυκτὸς Γοργὼν

9. ἑκατογκεφάλοις
10. ὄφεων ἰαχήμασι Λύσσα μαρμαρωπός,
11. ταχὺ τὸν εὐτυχῆ μετέβαλεν δαίμων,
12. ταχὺ δὲ πρὸς πατρὸς, τέκν', ἐκπνεύ-
σετε·
13. ἰώ μοι μέλεος, ἰὼ Ζεῦ, τὸ σὸν
14. γένος ἄγονον αὐτίκα,
15. λυσσάδες ὠμοβρῶτες ἀποινόδικοι δίκαι
16. κακοῖσιν ἐκπατάσσουσιν.

στρ. α'.

1. ἰὼ στέγαι,
2. κατάρχεται χορεύματ' ἄτερ τυπάνων,
3. οὐ Βρομίῳ κεχαρισμένα θύρσῳ.

ἀντ. α'.

1. ἰὼ δόμοι,
2. πρὸς αἵματ', οὐχὶ τᾶς Διονυσιάδος
3. ἐκ βοτρύων ἐπὶ χεύμασι λοιβᾶς.

στρ. β'.

Ὁ ὕστερον ΑΓΓΕΛΟΣ ἔνδον.

1. φυγῇ, τέκν', ἐξορμᾶτε· δάϊον τόδε,
2. δάϊον μέλος ἐπαυλεῖται.

στρ. γ'.

ΧΟΡ.

1. κυναγετεῖ τέκνων διωγμόν.
2. οὔποτ' ἄκραντα δόμοισι Λύσσα βακχεύ-
σει.

μεσῳδός.

1. αἶ αἶ κακῶν,
2. αἶ αἶ δῆτα τὸν γεραιὸν ὡς στένω

3. πατέρα, τάν τε παιδοτρόφον, ᾇ μάταν
4. τέκεα γεννᾶται.
5. ἰδȣ́, ἰδȣ́,
6. θύελλα σείει δῶμα, συμπίπτει στέγη.
7. ἢ ἤ, τί δρᾷς, ὦ παῖ Διὸς, μελάθρῳ;

ἀντ. γ′.

1. τάραγμα ταρτάρειον, ὡς ἐπ᾽
2. Ἐγκελάδῳ ποτὲ Παλλάς, εἰς δόμȣς πέμπεις.

στρ. δ′.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

1. ὦ λευκὰ γῆρᾳ σώματ᾽.

ΧΟΡ.

ἀνακαλεῖς

2. με τίνα δὴ βοάν;

ἀντ. δ′.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

1. ἄλαστα τὰν δόμοισι.

ΧΟΡ.

μάντιν οὐχ

2. ἕτερον ἄξομαι.

ἀντ. β′.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

1. στενάζεθ᾽, ὡς στενακτά· δάϊοι φόνοι,
2. δάϊοι δὲ τοκέων χεῖρες.

Ἐπῳδός.

ΧΟΡ.

1. οὐκ ἄν τις εἴποι μᾶλλον, ἢ πεπόνθαμεν

ΑΓΓΕΛΟΣ.

2. τεθνᾶσι παῖδες.

ΧΟΡ.

3. αἲ αἲ.
4. πῶς παισὶ στεναχτὰν ἄταν ἄταν
5. πατέρος ἀμφαίνεις;
6. λέγε, τίνα τρόπον ἔσυτο θεόθεν
7. ἐπὶ μέλαθρα κακὰ τάδε, τλήμονας
8. τε παίδων τύχας.

Systema hanc habet formam:

προῳδ. ά ά – β' γ' μεσ. γ' δ' δ' – β' ἐπῳδ.

Recte videtur vidisse Hermannus, singulis chori personis singulas carminis partes esse attribuendas, sed ab ipsa eius distributione cur recedendum putaverim, e subiectis animadversionibus plenius apparebit. In universum autem haec monenda sunt. Totum systema e quinque constat partibus, proodo, mesodo, epodo et duabus antistrophicis. Quas partes singulas, si ab iis, quae ad Chori personam non pertinent, disces-seris, tum numerorum tum sententiarum ratione reperies iterum esse trifariam divisas. Hinc quindecim, quae quidem chori sint, nasci videmus particulas, chori numerum accurate aequantes, quas singulas singuli senes videntur cecinisse.

Προῳδ. v. 2. Vid. supra p. 85.

v. 4. et 5. Libri μανίαισι Λύσσας χορευθέντ' ἐναύλοις. Hermanni emendationem

recepi, quam firmat paulo ante v. 871. ubi Lyssa de se:

τάχα σ' ἐγὼ μᾶλλον χορεύσω, καὶ
καταυλήσω φόβῳ.

v. 14. Vid. supra p. 84.

v. 15. In hoc versu inter duos dochmios pyrrhichius est. Vid. supra p. 152. Ceterum λυσσάδες ὠμοβρῶτες pro λύσσα δέ σ' ὠμοβρῶτος scripsi cum Hermanno.

ϛρ. α'. v. 2. Ita etiam Hermannus. Libri trimetrum offerunt:

κατάρχεται χόρευμα τυμπάνων ἄτερ,

haud dubie ex officina librariorum. MSS. Steph. χορεύματα.

ἀντ. α'. Aldus τᾶς Διονυσιάδος βοτρύων ἐπὶ χεύμασι λῶβας. Ultimam vocem emendavit Barnesius. Ante βοτρύων syllaba deest. Hermannus edidit:

τὰς Διονυσιάδας
σὺν βοτρύων ἐπιχεύμασι λοιβάς.

cuius lectionis pars Stephano, pars Musgravio, pars ipsi Hermanno, debetur. Equidem facilius putavi addere ἐκ ante βοτρύων, ut construatur πρὸς αἵματα, οὐχὶ ἐπὶ χεύμασι τᾶς Διονυσιάδος λοιβᾶς ἐκ βοτρύων. Similiter Noster Iphig. Taur. 163. πηγὰς οὐρείων ἐκ μόσχων, et Cyclop. 413. ἀμπέλων ἀπὸ θεῖον κομίζει πῶμα. [Haud infrequens est hic usus praepositionum ἐκ et ἀπό. Vid. Long. Pastor. p. 75. ed. Villois. Graef. ad Meleagr. p. 47. Iacobs. Anthol. VI. p. 308. VII. p. 361. IX. p. 39. SCHAEFER.]

στρ. β'. Hauddubie haec ἔνδον canuntur ab ea persona, quae paulo post pro nuntio est. Nam primum Chorus, qui ex ipsa Dea futuram puerorum caedem audierat, vix potuit sperare in fuga quidquam esse pueris auxilii situm. Nec satis conveniunt, tum quae statim post auguratur, οὔποτ' ἄκραντα δόμοισι Λύσσα βακχεύσει, tum quae superius dixit, ταχὺ δὲ πρὸς πατρὸς, τέκν', ἐκπνεύσετε. Deinde parum apta foret proxima Chori observatio, κυναγετεῖ τέκνων διωγμὸν, quae exclamationem, φυγῇ, τέκν', ἐξορμᾶτε, praecedere potius quam sequi debebat. Rem dubitatione eximit ratio personarum. Nam quum eidem eadem ubique in hoc carmine persona respondeat, quod cum ceterae strophae demonstrant, tum maxime strophae δ', antistropha autem β' haud ambiguis argumentis nuntio sit tribuenda, stropha β', si ad Chorum pertineret, una omnium legem esset violatura. Postremo vel ipsum vocabulum δάϊον, iisdem in antistropha locis repetitum, utramque stropham β' eidem personae quodammodo vindicat.

στρ. γ'. Post κυναγετεῖ delevi τε cum Hermanno.

μεσ. v. 2. Versus dimeter dochmiacus est, ut sequens. Vid. supra p. 100. seq. Nam Hermanno assentiri non possum, qui post ἀεὶ αἰεὶ inseruit σὲ, ut senarium efficeret.

v. 3. ἃ recte Musgravius addidit.

v. 6. Cum hoc trimetro novam Hermannus induxit chori personam. At convenientius vide-

tur, eandem personam, quae exclamavit, exclamationis causam adiicere.

v. 7. Vulgo exclamandi signum collocatur post *Διὸς*, et vox *μελάθρῳ* initium facit orationis et strophae proxime sequentis. Sed quem non offendunt haec: *μελάθρῳ — εἰς δόμους πέμπεις*? Accedit, quod in antistrophico versu frustra quaeras, quae huic voci respondeant; unde lacunae ibi signum posuit Hermannus. Si mecum interpunctionem mutaveris, et orationi consulitur, nec periculoso lacunae auxilio indigemus. Verba *τί δρᾷς μελάθρῳ* verte: *quid facis intus?* Sic Bacch. v. 69. *τίς δὲ μελάθροις;* (*δὲ* videtur delendum.) Quae explicatio si displiceat, lege *τί δρᾷς - μέλαθρον;*

στρ. δ'. Vulgo plene *σώματα*. Paulo post addidi *δή*. Hermannus hiatum explevit duplicando *τίνα*.

ἀντ. δ'. Hanc strophulam vulgo statim excipiunt verba *τεθνᾶσι παῖδες. ΧΟΡ. αἲ αἶ*, quae inferius collocavi, quo loco et dialogi ratio et systematis ordo collocanda admonebat. Editorum alii aliter personas distinguendas censuerunt.

ἀντ. β'. Haec stropha, quam Choro tribuit Hermannus, non potest non nuntii esse. Nam ad verba *στενάζεθ', ὡς στενακτά*, et mox *δάϊοι δὲ τοκέων χεῖρες*, in proximis haud dubie respicit chorus, quum quaerit; *πῶς παισὶ στενακτὰν ἄταν, ἄταν πατέρος ἀμφαίνεις;* Praeterea chorum par erat minus commoveri, ut cui haud inexspectata haec nuntiabantur. Ipse hoc signi-

ficat verbis *μάντιν ȣ̓χ ἕτερον ἄξομαι*, quibus concinit proximus trimeter:

οὐκ ἂν τις εἴποι μᾶλλον, ἢ πεπόνθαμεν.

Scire eius tantummodo intererat, qua ratione caedes puerorum facta esset.

Restat, ut moneam, leviores quasdam virorum doctorum emendationes tacite a me esse receptas.

XXII.

Ad p. 36. — Soph. Trachinn. a v. 1095 — 1043. stropharum ordinem ita instituo:

ϛρ. α΄.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

1. *ἒ ἒ,*
2. *ἐᾶτέ μ', ἐᾶτέ με*
3. *δύϛμορον εὐνάσαι, ἐᾶτ', ἐᾶτέ με δύϛανον.*

ϛρ. β΄.

1. *πᾶ πᾶ μȣ ψαύεις, ποῖ κλίνεις;*
2. *ἀπολεῖς μ', ἀπολεῖς.*
3. *ἀνατέτροφας ὅ, τι καὶ μύσῃ.*
4. *ἦπταί μȣ, τοτοτοῖ, ἥδ' αὖθ' ἕρπει. πόθεν ἔς', ὦ*
5. *πάντων Ἑλλάνων ἀδικώτατοι ἀνέρες, ȣ̔̂ς δὴ*
6. *πολλὰ μὲν ἐν πόντῳ, κατά τε δρία πάντα καθαίρων,*

7. ὀλέκομαι ὁ τάλας; καὶ νῦν ἐπὶ τῷδε νοσοῦντι
8. οὐ πῦρ οὐδ' ἔγχος τις ὀνήσιμον οὐκ ἐπιτρέψει;

ἀντ. α'.

1. ἒ ἔ,
2. οὐδ' ἀπαράξαι
3. κρᾶτα βίᾳ θέλει μολὼν τοῦ συγεροῦ; φεῦ, φεῦ.

μεσ.

ΠΡΕΣΒΥΣ.

1. ὦ παῖ τοῦδ' ἀνδρὸς, τοὔργον τόδε μεῖζον ἀνήκει,
2. ἢ κατ' ἐμὰν ῥώμαν· σὺ δὲ σύλλαβε, σοί τε γὰρ ὄμμα
3. ἔμπλεον ἢ δι' ἐμοῦ σώζειν.

ΥΛΛΟΣ.

ψαύω μὲν ἔγωγε.

4. λαθίπονον δ' ὀδύναν οὔτ' ἔνδοθεν, οὔτε θύραθεν,
5. ἔςι μοι ἐξανύσαι βιότου· τοιαῦτα νέμει Ζεύς.

ϛρ. γ'.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

1. ὦ παῖ, ποῦ ποτ' εἶ;
2. τᾷδέ με, τᾷδέ με
3. πρόςλαβε κουφίσας. ἒ, ἔ. ἰὼ δαῖμον.

ἀντ. β'.

1. θρώσκει δ' αὖ θρώσκει δειλαία
2. διολέσ' ἡμᾶς
3. ἀποτίβατος ἀγρία νόσος.
4. ὦ Παλλὰς, τόδε μ' αὖ λωβᾶται. ἰὼ παῖ, παῖ, τὸν
5. φύσαντ' οἰκτείρας, ἀνεπίφθονον εἴρυσον ἔγχος,
6. παῖσον ἐμᾶς ὑπὸ κλῇδας· ἀκοῦ δ' ἄχος, ᾧ μ' ἐχόλωσεν
7. σὰ μάτηρ ἄθεος, ἂν ὧδ' ἐπίδοιμι πεσοῦσαν
8. αὔτως, ὧδ' αὔτως, ὥς μ' ὤλεσεν. ὦ γλυκὺς Ἅιδας,

ἀντ. γ'.

ὦ Διὸς αὐθαίμων,
εὔνασον εὔνασον
ὠκυπέτᾳ μόρῳ τὸν μέλεον φθίσας.

Strophae hoc sese ordine excipiunt:

α' β' α' μεσ. γ' β' γ'

89. α'. v. 9. Hic versus dimeter dactylicus est, pariter atque medius stropharum γ'; vid. supra p. 146. proximus vero duos continet dochmios, interposito iambo, (cf. supra p. 116. seq.) ita ut alterum ἐᾶτε disyllabum sit. Hiatus inter εὐνάσαι et ἐᾶτ' obscuratur imperativo. Vid. supra §. 34. seqq. Ceterum post verba δύσμορον εὐνάσαι li-

brorum lectionem paululum immutavi, qui sic habent:

ἒ, ἔ. ἐᾶτέ μ' ἐᾶτέ με

δύσμορον εὐνάσαι.

ἐᾶτέ με δύςανον εὐνάσαι.

Posterius εὐνάσαι, quod sic quidem metrum antistrophicum repudiat, parum est elegans. Lectio ὕςατον, quam memorat Scholiastes, nihil aliud esse arbitror, quam depravatum δύςανον. Quamquam eam probat Valckenarius ad Hippol. p. 314. Metro quidem illa aptari possit hoc modo:

ἐᾶθ' ὕςατον εὐνάσαι.

ςρ. β'. v. 1. Alterum πᾶ libri non habent.

v. 3. Brunckius ἀντέτροφας. Quod dedi, commendat antistropha,

v. 4. τοτοτοι. Haec librorum lectio metro maxime conveniens est. Recte etiam haberet ὀτοτοί. Pro ἧδ' Schaeferus mavult ἡ δ', ut v. 987.

ἡ δ' αὖ μιαρὰ βρύχει, φεῦ.

Sed ibi adiectum est μιαρά, et paulo post v. 1031. eodem modo legimus: τόδε μ' αὖ λωβᾶται. — De ceteris lectionibus vid. Brunckius.

μεσ. v. 2 et 3. Erfurdtius partim ex Wakefieldii, partim ex Hermanni coniectura edidit:

— σοί τε γὰρ οἶμα

ἔμπεδον ἢ δι' ἐμῶ σώζειν.

Mihi in mentem venit, servato ὄμμα pro ἔμπλεον legere εὖ βλέπον, a quo haud aliena est glossa ὀξύτερον. Corrupisse vi-

detur, qui male legerat ευμλεπον. Ὄμματα βλέποντα Euripides dixit Phoeniss. 1123. Vereor tamen, ne in proximis quoque ἢ δι' ἐμῶ vitium lateat.

στρ. γ'. Vulgo bis ponitur παῖ, et paulo post bis ἰώ.

ἀντ. β'. v. 4. Brunckius, qui hos heroicos versus pessime dissecavit, edidit ἰὼ Παλλάς, et in fine eiusdem versus semel tantum habet παῖ. Spondiacus hexametri exitus etiam in antistrophicis admittitur. Ita Euripides Phoeniss. 1500.

> ὦ Πολύνεικες, ἔφυς ἄρ' ἐπώνυμος, ὦ μοι Θῆβαι.

Cui respondet v. 1571.

> σαρκὸς ἔβαψεν, ἄχει δὲ τέκνων ἔπεσ' ἀμφὶ τέκνοισι.

Potest tamen etiam cum Hermanno legi:

> ὦ Παλλὰς, τόδε μ' αὖ λωβᾶται· ἰὼ παῖ, ἰὼ, τόν.

v. 7. Fortasse rectius scribitur τὰν pro ἄν.

v. 8. Postrema verba ὦ γλυκὺς Ἅιδας libri collocant post sequentia, ὦ Διὸς αὐθαίμων. Metro iubente transposui, qua transpositione vis additur exclamationi ὦ Διὸς αὐθαίμων, quippe fratrem Iovis Iove nato auxilium ferre decebat. Quod sensu haec stropha cum proxima cohaeret, idem vinculum stropham β' et antistropham α' colligat, neque omnino infrequens ea res est in huiusmodi stropharum systematibus.

ἀντ. γ΄. Post prius εὔνασον vulgo inseritur μ᾽.

XXIII.

Ad p. 39. — Eur. Orest. a v. 1246 — 1285. metra ita restituenda sunt:

στροφή.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

1. Μυκηνίδες ὦ φίλαι, τὰ πρῶτα κατὰ Πελα-
2. σγὸν ἕδος Ἀργείων.

ΧΟΡΟΣ.

3. τίνα θροεῖς αὐδάν, πότνια; παραμένει
4. γὰρ ἔτι σοι τόδ᾽ ἐν Δαναϊδῶν πόλει.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

5. στῆθ᾽ αἱ μὲν ὑμῶν τὴνδ᾽ ἁμαξήρη τρίβον·
6. αἱ δ᾽ ἐνθάδ᾽ ἄλλον οἶμον, ἐς φρουρὰν δόμων.

ΧΟΡ.

7. τί δέ με τόδε χρέος ἀπύεις,
8. ἔνεπέ μοι, φίλα.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

9. φόβος ἔχει με, μή τις ἐπὶ δώμασιν
10. σταθεὶς ἐπὶ φόνιον αἷμα πήματα
11. πήμασιν ἐξεύρῃ.

ΗΜΙΧΟΡ. ά.

12. χωρεῖτ᾽, ἐπειγώμεθ᾽· ἐγὼ μὲν ἂν τρίβον

13. τήνδ' ἐκφυλάξω, τὴν πρὸς ἡλίου βο-
λάς.

ΗΜΙΧΟΡ. β'.

14. καὶ μὴν ἐγὼ τήνδ', ἣ πρὸς ἑσπέραν
φέρει.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

15. δόχμια νῦν κόρας διάφερ' ὀμμάτων
16. ἐκεῖθεν ἐνθάδ', εἶτα πάλιν.

ΧΟΡ.

σκοπιὰν
17. ἔχομεν, ὡς θροεῖς.

ἀντιστροφή.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

1. ἑλίσσετε νῦν βλέφαρα κόραισι, δίδοτε
πάν-
2. τα διὰ βοστρύχων.

ΗΜΙΧΟΡ. α.

3. ὅδε τίς ἐν τρίβῳ; πρόσεχε, τίς ὅδ' ἄρ'
ἀμ-
4. φὶ μέλαθρον πολεῖ σὸν ἀγρότας ἀνήρ;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

5. ἀπωλόμεσθ' ἄρ', ὦ φίλαι· κεκρυμμένους
6. θῆρας ξιφήρεις αὐτίκ' ἐχθροῖσιν φανεῖ.

ΗΜΙΧΟΡ. ά.

7. ἄφοβος ἔχε· κενὸς, ὦ φίλα,
8. στίβος, ὃν οὐ δοκεῖς.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

9. τί δὲ, τὸ σὸν βέβαιον ἔτι μοι μένει;
10. δὸς ἀγγελίαν ἀγαθάν τιν', εἰ τάδ' ἔ-
11. ρημά τὰ πρόσθ' αὐλᾶς.

ΗΜΙΧΟΡ. β'.

12. καλῶς τά γ' ἐνθένδ', ἀλλὰ τἀπὶ σοῦ σκόπει,
13. ὡς οὔτις ἡμῖν Δαναϊδῶν πελάζεται.

ΗΜΙΧΟΡ. α'.

14. εἰς ταὐτὸν ἥκεις· καὶ γὰρ οὐδὲ τῆδ' ὄχλος.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

15. φέρε νυν, ἐν πύλαισιν ἀκοὰν βάλω·
16. τί μέλλεθ', οἱ κατ' οἶκον, ἐν ἡσυχίᾳ
17. σφάγια φοινίσσειν;

Ἐπῳδός.

οὐκ εἰσακούουσ'· ὤ τάλαιν' ἐγὼ κακῶν.
ἆρ' εἰς τὸ κάλλος ἐκκεκώφωται ξίφη;
τάχα τις Ἀργείων ἔνοπλος ὁρμήσας
ποδὶ βοηδρόμῳ μέλαθρα προσμίξει.

Hoc carmen, in quo, quum numerorum, quibus continetur, natura ab nemine dum perspecta et explanata sit, alia antiquitus depravata, alia a Criticis infeliciter interpolata, alia denique ut incertae fidei vulgo circumferuntur, facere non potuimus, quin integrum, vix ullo insigniori, ut speramus, vitio relicto, lectoribus apponeremus, mutationum simul, quas fecimus, rationem reddentes.

59. v. 3. Haec Aldi et tantum non omnium librorum lectio est, eaque unice metro congrua. Vid. ad antistropham.

v. 7. De his numeris vid. supra p. 153. seqq.

v. 8. Vulgo ἔννεπε, quod etiam defendi possit. Sed in dochmiacis ἔνεπε cum simplici ν apud Euripidem saepius legas. Paulo post Aldus dat φόνιον, quod fortasse verum est. Vid. supra p. 150. fin.

v. 10 et 11. Vid. supra p. 148. seqq.

v. 16. Aldus:

εἶτ' ἀπ' ἄλλην σκοπιάν;
Χορ. ἔχομεν ὡς θροεῖς.

Cod. A. εἰ τὰ 'π' pro εἶτ' ἀπ'. Cod. I. ἄλην pro ἄλλην. Ceteri libri εἶτ' ἐπ' ἄλλην. Ex his ingeniose Porsonus eruit εἶτα παλινσκοπιάν, quod ad veram lectionem restituendam viam mihi aperuit. Nam locum nondum persanatum a Porsono esse, suspicabar tum ex novo vocabulo παλινσκοπιάν, tum magis etiam ex loquendi formula parum perspicua et usitata. Separavi igitur πάλιν a σκοπιάν et Chori personam uno vocabulo prius posui. Ceterum hoc uno loco personarum ordo turbatur, per reliquum carmen accuratissime servatus. Nam quod Choro Hemichorion opponitur, ea quidem, ut alii loci, atque in hac ipsa fabula v. 1353 seqq. coll. v. 1537 seqq. docent, haud putanda confusio est. Fortasse poeta, quo personarum mutatione antistrophae initium redderetur insignius, strophae finem Choro tribuit. Conf. supra p. 247. seq.

ἀντ. v. 1 et 2. Hoc ordine verba collocanda esse, iam vidit Heathius. Atque ita habet Cod. King. fortasse ex correctione, sed ea vera. Minus tamen hoc correctorem prodit, quod nulla est syllabarum aequalitas. Consentit praeterea Cod. Ask. 1. apud Musgravium. Porsonus imprudens, opinor, doricam formam πάντα, quam non unus Codex offerebat, neglexit. Eandem certe paulo post v. 1287. praetulit.

v. 3. πρόςεχε dedi ex coniectura, in quam, si recte memini, etiam Hermannus incidit. Vulgo ὅδε τίς ἐν τρίβῳ προςέρχεται. Quae prava librorum lectio multum viros doctos vexavit, ut strophicum etiam versum misere corrumperent. Brunckius, qui in Phoenissis v. 93. formulam legisset ἐν τρίβῳ φαντάζεται, pro προςέρχεται reposuit φαντάζεται, ut scilicet exaequaret metra. Eam coniecturam Porsonus, quoniam in Codice quodam φαντάζεται invenisset, cum plausu excipit. Sed, quamvis varia lectio φαντάζεται ex eodem fonte manare potuerit, unde hauserat Brunckius, longe tamen mihi alia eius videtur esse origo. Quae hic Chorus videre se narrat, ea non vere videt, sed videre se imaginatur; quod observans interpretum aliquis adscripsit: φαντάζεται, scil. τὸ Ἡμιχόριον. Ita factum vix dubitare nos patitur Scholion ad hunc locum: φαντασθὲν τὸ ἡμιχόριον ἐρχόμενον τινὰ, τοῦτο πρὸς τὴν Ἠλέκτραν φησίν. Eundem in modum Aeschyli Scholiastes ad Sept. adv. Theb. v. 79. annotat: ταῦτα δὲ φανταζόμεναι λέγουσιν. Quod reliquum est, miror in strophico ver-

su Musgravii coniecturam ἀΰτὰν pro αὐδὰν a Brunckio et Porsono esse adoptatam. An exciderat viris doctissimis, solennem esse formulam τίνα θροεῖς αὐδάν?

v. 17. Post hunc versum epodum posui quatuor versuum. Nam minus mihi quam Hermanno (de usu antistroph. p. XIV.) probabile videtur, omnia, quae deinde sequuntur usque ad v. 1310., ad epodum pertinuisse. V.. endum potius, ne post duos Electrae trimetros:

σκέψασθε νῦν ἄμεινον· οὐχ ἕδρας ἀγών.
ἀλλ' αἱ μὲν ἐνθάδ', αἱ δ' ἐκεῖσ' ἑλίσσετε.

novum sequatur systema, hoc modo instituendum:

Προῳδός.

ΧΟΡΟΣ.

1. Ἀμείβομεν κέλευθον
2. σκοπεῖσαι πάντα.

ΕΛΕΝΗ.

3. Ἰὼ Πελασγὸν Ἄργος, ὄλλυμαι κακῶς.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

4. ἠκούσαθ'; ἄνδρες χεῖρ' ἔχουσιν ἐν φόνῳ.
5. Ἑλένης τὸ κώκυμ' ἐστὶν, ὡς ἀπεικάσαι.

στροφή.

ΗΜΙΧΟΡ.

1. ὦ Διὸς, ὦ Διὸς ἀέναον κράτος,
2. ἐλθ' ἐπίκουρον ἐμοῖσι φίλοις πάντως.

Μεσῳδός.

ΕΛΕΝΗ.

Μενέλαε, θνήσκω· σὺ δὲ παρών μ' ὐκ ὠφελεῖς.

ἀντιςροφή.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

1. καίνετε, θείνετε, ὄλλυτε, δίπτυχα,
2. δίςομα φάσγανα ἐκ χερὸς ἱέμενοι,

Ἐπῳδός.

1. τὰν λιποπάτορα, τὰν λιπογαμόν θ', ἃ πλεί-
2. ςυς ἔκαν' Ἑλλάνων δόρει παρὰ ποταμὸν
3. ὀλομένυς, ὅθι δάκρυα δάκρυσιν ἔπεσ' ἔ-
4. πεσε σιδαρέοις βέλεσιν ἀμφὶ τὰς
5. Σκαμάνδρυ δίνας.

Προῳδ. Suscepi Aldi lectiones ἀμείβομεν et σκοπῦσαι, ut strophula ex more terminètur dochmio.

ςρ. v. 2. Ita Cod. D. quem Beckius contulit. Vulgo ἐμοῖς φίλοισι. Etiam hic vel sine antistropha dochmius in fine praeferendus est.

ἀντ. v. 1. Ante καίνετε vulgo legitur φονεύετε. Sed hoc ex glossa additum esse, ut iam Hermannus monuit, satis apparet ex Scholiasta, qui haec habet: καίνετε-ἀποκτείνετε· ἀπὸ τῦ καίνω, τὸ φονεύω. Et paulo post metricus Scholiasta primum versum dicit δακτυλικὸν τετράμετρον καθα-

ρόν. Omittit etiam hanc vocem Cod. King. — Post καίνετε Aldus addit θείνετε, quam vocem Brunckius et Porsonus omiserunt, in aliquot codicibus non repertam. Sed vox tam exquisita ab explicatore vix potuit proficisci. Maiori iure proximo versu expulerunt vocem πίμπετε post φάσγανα, hoc quidem loco satis importunam. De hiatibus, quales sunt post θείνετε et post φάσγανα, paulo inferius exponetur.

'Επῳδ. Epodi saepe apud Euripidem ad sensum cum antecedentibus cohaerent, ut Hec. 943. 1102. (vid. supra p. 281.) Hippol. 1276. Quas in hac epodo reposui lectiones, haud spondere ausim, veras esse ad unam omnes. Faciendum putavi, ut tota epodus fieret dochmiaca; quam legem etiam Hermannus secutus est, qui pauca aliter emendavit. Sed quis pro certo affirmet, ita fecisse poetam? Circa finem certe epodi haud inusitatos numeros offert haec dispositio:

δορὶ παρὰ ποταμὸν ὀλομένυς,
ὅθι δάκρυα δάκρυσιν
ἔπεσεν ἔπεσε σιδαρέοις,

in quibus primus et postremus versus sive pro iambicis possunt haberi, sive pro dochmiis, quos antecedat proceleusmaticus. Vid. supra p. 153. — Mutata autem a me sunt haec. Post λιπόγαμον inserui θ' cum Hermanno, et paulo post pro ἔκανεν sive ἔκτανεν (utrumque enim libri habent) scripsi ἔκαν', quo ducit Codex D. qui habet ἔκταν'. Possint etiam metra sic reparari:

τὰν λιποπάτορα, τὰν λιπόγαμον, πλείςυς
ἃ 'κανεν 'Ελλάνων.

Δόρει pro δορὶ proposuit Hermannus, conf. supra p. 24. not. Post δάκρυσιν scripsi ἔπεσ᾽ ἔπεσε, a quo lectionum varietas non abhorret. Sic etiam infra v. 1547. pro ἔπαισ᾽ ἔπαισε ex Scholiasta reponendum est. Δάκρυα δάκρυσιν valet lacrimae super lacrimas, ut in Nostri Hel. v. 196. δάκρυα δάκρυσί μοι φέρων et ibid. v. 369. δάκρυα δάκρυσιν ἔλαχεν. Quod in δάκρυα et ἔπεσε prima syllaba ad antecedentem dochmium pertinet, vid. supra p. 60. not.

XXIV.

Ad p. 39. — Eur. Orest. a v. 1353 — 1365. ex eorum est numero carminum, quae antistropham suam longo a se intervallo disiunctam habent. Huius enim antistropha legitur a v. 1537 — 1548. Plura lectionis vitia sustulit Porsonus; quae residua sunt, metro facem praeferente, corrigamus.

στροφή.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

1. Ἰὼ ἰὼ φίλαι,
2. κτύπον ἐγείρετε, κτύπον καὶ βοὰν
3. πρὸ μελάθρων, ὅπως ὁ πραχθεὶς φό-
νος
4. μὴ δεινὸν Ἀργείοισιν ἐμβάλῃ φόβον,
5. βοηδρομῆσαι πρὸς δόμους τυραννικούς,
6. πρὶν ἐτύμως ἴδω τὸν Ἑλένας φόνον
7. καθαιμακτὸν ἐν δόμοις κείμενον,
8. ἢ καὶ λόγον του προσπόλων πυθώμεθα.

9. τὰς μὲν γὰρ οἶδα συμφορὰς, τὰς δ' ἐ
σαφῶς.

ΧΟΡ.

10. διὰ δίκας ἔβα θεῶν νέμεσις ἐς Ἑλέ-
ναν.
11. δακρύοισι γὰρ Ἑλλάδ' ἅπασαν ἔπλησε,
12. διὰ τὸν ὀλόμενον ὀλόμενον Ἰδαῖον
13. Πάριν, ὃς ἄγαγ' Ἑλλάδ' εἰς Ἴλιον.

ἀντιστροφή.

ΧΟΡ.

1. ἰὼ ἰὼ τύχα,
2. ἕτερον εἰς ἀγῶν' ἕτερον αὖ δόμους
3. φοβερὸν ἀμφὶ τοὺς Ἀτρείδας πιτνεῖ.

ΗΜΙΧΟΡ.

4. τί δρῶμεν; ἀγγέλλωμεν εἰς πόλιν τάδε;
5. ἢ σῖγ' ἔχωμεν; ἀσφαλέστερον, φίλαι.

ΗΜΙΧΟΡ.

6. ἴδε πρὸ δωμάτων, ἴδε προκηρύσσει
7. θοάζων ὅδ' αἰθέρος ἄνω καπνός.

ΗΜΙΧΟΡ.

8. ἅπτουσι πεύκας, ὡς πυρώσοντες δόμους
9. τοὺς Ταντάλειους, οὐδ' ἀφίστανται φόνου.

ΗΜΙΧΟΡ.

10. τέλος ἔχει δαίμων βροτοῖς τέλος, ὅπα
θέλει.
11. μεγάλα δέ τις ἁ δύναμις· δι' ἀλάστορ'

12. ἔπεσ᾽ ἔπεσε μέλαθρα τάδε δι᾽ αἱμά-
των
13. διὰ τὸ Μυρτίλου πέσημ᾽ ἐκ δίφρου.

In stropha praeter aliam aliquot versuum divisionem et mutatum εἰς in ἐς v. 10. a textu Porsoniano recedendum non fuit. In antistropha v. 5. non necessarium est, ut cum Valckenario, quem Porsonus secutus est, Hemichorii nota inseratur. Quidni una eademque persona re perpensa sibimet ipsa respondere possit? V. 11. articulum ἁ revocavi, deletum a Porsono, ac plene interpunxi post δύναμις. Ibidem metri antistrophici causa ἀλαςόρων mutavi in ἀλάςορ᾽ et ἔπαισ᾽ ἔπαισε in ἔπεσ᾽ ἔπεσε; quod postremum Scholiastes tanquam variam lectionem commemorat. — Ceterum v. 10. Noster Simonidem expressit Poet. Gnom. Brunck. p. 99.:

ὦ παῖ, τέλος μὲν Ζεὺς ἔχει βαρύκτυ-
πος
πάντων, ὅσ᾽ ἐςί, καὶ τίθησ᾽ ὅπῃ
θέλει.

In cuius carminis fine:

οὐδ᾽ ἐν ἄλγεσι
κακοῖς ἔχοντες θυμὸν αἰκιζοίμεθα,

legendum videtur κακῶς ἔχοντες.

XXV.

Ad p. 41. — Eur. Hippol. v. 569 — 597. In hoc carmine disponendo maxime circa initium et finem a vero aberravit Canterus ac ma-

gis etiam Musgravius, quem utrumque ceteri editores alium alii secuti sunt. Equidem ita disposuerim:

Προῳδός.

ΦΑΙΔΡΑ.

ἰώ μοι, αἶ αἶ.
αἶ αἶ,
ὦ δυςτάλαινα τῶν ἐμῶν παθημάτων.

ςροφή.

ΧΟΡ.

1. τίνα θροεῖς αὐδάν; τίνα βοᾶς λόγον;
2. ἔνεπε, τίς φοβεῖ σε φήμα, γύναι,
3. φρένας ἐπίσσυτος;

ΦΑΙΔΡΑ.

4. ἀπωλόμεσθα· ταῖςδ᾽ ἐπιςᾶσαι πύλαις
5. ἀκούσαθ᾽, οἷος κέλαδος ἐν δόμοις πι-
τνεῖ.

ΧΟΡ.

6. σὺ παρὰ κλῆθρα· σοὶ μέλει πομ-
πίμα
7. φάτις δωμάτων· ἔνεπε δ᾽, ἔνεπέ
μοι,
8. τί ποτ᾽ ἔβα κακόν;

Μεσῳδός.

ΦΑΙΔΡΑ.

ὁ τῆς φιλίππου παῖς Ἀμαζόνος βοᾷ,
Ἱππόλυτος, αὐδῶν δεινὰ πρόςπολον
κακά.

ἀντιστροφή.

ΧΟΡ.

1. ἰαχὰν μὲν κλύω, σαφὲς δ' οὐκ ἔχω
2. γεγωνεῖν, ὅπα· διὰ πύλας ἔμολεν,
3. ἔμολέ σοι βοά.

ΦΑΙΔΡΑ.

4. καὶ μὴν σαφῶς γε τὴν κακῶν προμνήστριαν
5. τὴν δεσπότου προδοῦσαν ἐξαυδᾷ λέχος.

ΧΟΡ.

6. ὤμοι ἐγὼ κακῶν· προδέδοσαι, φίλα.
7. τί σοι μήσομαι; τὰ κρύπτ' ἄρα πέφηνε,
8. διὰ δ' ὄλλυσαι.

Ἐπῳδός.]

ΦΑΙΔΡΑ.

1. αἴ αἴ, ἒ ἕ.
2. πρόδοτος ἐκ φίλων.
3. ἀπώλεσέν μ' εἰποῦσα συμφορὰς ἐμάς,
4. φίλως, καλῶς δ' οὔ, τήνδ' ἰωμένη νόσον.

In medio hoc carmine, quum quinos semper dochmios bini trimetri iambici excipiant, facile vides, etiam aliam responsionis viam patere. Equidem eam rationem praetuli, qua stropha fieret quam longissima. Proodi et epodi mutatio nulla esse potest.

στρ. v. 1. Vid. supra p. 86.

v. 2. Vulgo ἔννεπε. Sed quod paulo post metri ratio ἔνεπε postulat, eam formam etiam hic anteponendam duxi. — In proximis

antiquam lectionem editores deserere non debebant.

ἀντ. v. 1. Vid. supra p. 106. Possis etiam deleto *μὲν* legere *ἰακχάν.*

v. 2. Metrum si intellexissent editores, facile vidissent, unice probandam esse lectionem *ὅπα,* quam omnes repudiantes, ab altera *ὅπα* mire se vexari passi sunt. *Ὅπα* positum est pro *ὅπως.* Verte: *Clamorem quidem audio, perspicue tamen dicere non possum, quomodo,* i. e. *qualis, sit.* Omissum enim est *ἐςὶν* post *ὅπα.* Similiter Noster in eadem fabula v. 371.:

ἄσημα δ' οὐκ ἔτ' ἐςὶν, οἷ φθίνει τύχα.

et Soph. Oed. Col. 583.

ἀλλ' ἔργα δεινά· τοὺς δὲ σοὺς ὅποι θεοὶ
πόνους κατοικτίσωσιν, οὐκ ἔχω μαθεῖν.

Quae statim sequuntur intellige sic: Tibi, quippe quae propior adstes, per portam venit vox, ut distinctius audire possis. Nam cum Valckenario facio, qui iam inde a v. 577. cum Phaedra putat Chorum colloqui.

v. 7. Vid. supra p. 13.

Ἐπῳδός. v. 2. Haec vulgo Chori personae tribuuntur. Ego Phaedrae assignavi, cui partim magis mihi videntur convenire, partim ut aequalitas quaedam personarum epodi sit et proodi.

XXVI.

Ad p. 50. — Eur. Hippol. a v. 1268 — 1282. sic videntur esse disponenda:

στροφή.

1. Σὺ τὰν θεῶν ἄκαμπτον φρένα καὶ βροτῶν
2. ἄγεις, Κύπρι, σὺν δ'
3. ὁ ποικιλόπτερος ἀμφιβαλὼν
4. ὠκυτάτῳ πτερῷ·

ἀντιστροφή.

1. Ποτᾶται δὲ γαῖαν εὐάχητόν θ'
2. ἁλμυρὸν ἐπὶ πόντον·
3. θέλγει δ' ᾧ μαινομέναν κραδίαν
4. πτανὸς ἐφορμάσῃ,

Ἐπῳδός.

1. χρυσοφαὴς φύσιν,
2. ὀρεσκῴων σκυλάκων, πελαγίων θ',
3. ὅσα τε γᾶ τρέφει,
4. τὰν ἅλιος αἰθόμενος δέρκεται,
5. ἄνδρας τε. Συμπάντων δὲ
6. βασιληΐδα τιμὰν, Κύπρι,
7. τῶνδε μόνα κρατύνεις.

ἀντ. v. 1. Vulgo δ' ἐπὶ γαῖαν. Metri causa praepositionem omisi. Vid. Erfurdt. ad Soph. Antig. v. 564. min. ed. et conf. supra p. 107. not. Primus, secundus et quartus versus dochmiaci sunt.

v. 3. Post θέλγει δ' libri addunt Ἔρως, ex interpretatione, opinor; nisi forte in stropha

addere malis ὁ παῖς, ut versus fiat iambelegus hoc modo:

ὁ παῖς ὁ ποικιλόπτερος ἀμφιβαλών.

Quem ego dedi versum, recte antistrophico respondere supra docuimus p. 261. seq. — In fine Valckenario et Brunckio auctoribus lectionem *μαινομέναν κραδίαν* praetuli, quamquam et altera *μαινομένᾳ κραδίᾳ* defendi possit.

Ἐπῳδός. v. 1. *φύσιν* nolui a *χρυσοφαὴς* separare, ac facit mecum Scholiastes, qui construit ᾧ ἂν ἐφορμήσῃ ἢ τῶν ὀρείων ἢ τῶν πελαγίων ἢ τῶν ἐν τῇ γῇ cet. Ad verba *ἄνδρας τε* idem annotat *ἀντὶ τοῦ ἀνδρῶν*. Mutatur videlicet constructio.

v. 2. Ut bini versus eadem metra haberent, lectio *ὀρεσκῴων* praehabita est. Paulo post vereor, ut iure Valckenarius lectionem *αἰθομέναν* receperit. Comparat Musgravius *αἰθομένων ἕδος ἄστρων* ex Quinto Calab. lib. II. Circa finem de distribuendis versibus difficile iudicium est.

XXVII.

Ad p. 51. — Eur. Heracl. a v. 73 — 111. totius systematis verisimillima conformatio videtur esse haec:

στρ. α'.

ΧΟΡ.

1. Ἔα, ἔα. τίς ἡ βοὴ βωμοῦ πέλας
2. ἕστηκε; ποίαν ξυμφορὰν δείξει τάχα;

ΙΟΛΑΟΣ.

3. ἴδετε τὸν γέροντ' ἀμαλὸν ἐπὶ πέδῳ
4. χύμενον· ὦ τάλας.

ΧΟΡ.

5. πρὸς τοῦ ποτ' ἐν γῇ πτῶμα δύστηνον πι-
τνεῖς;
6. * * * * * * *

στρ. β'.

ΙΟΛΑΟΣ.

1. Ὅδ', ὦ ξένοι, με, σοὺς ἀτιμάζων θεοὺς,
2. ἕλκει βιαίως Ζηνὸς ἐκ προβωμίων.

ΧΟΡ.

3. Ὅδ'; ἐκ τίνος γῆς, ὦ γέρον, τετρά-
πτολιν
4. ξύνοικον ἦλθες λαόν; ἢ πέρα-
5. θεν ἁλίῳ πλάτᾳ κατέχετ' ἐκλιπόν-
6. τες Εὐβοΐδ' ἀκτάν;

ΙΟΛΑΟΣ.

7. Οὐ νησιώτην, ὦ ξένοι, τρίβω βίον,
8. ἀλλ' ἐκ Μυκηνῶν σὴν ἀφίγμεθα χθόνα.

ΧΟΡ.

9. Ὄνομα τί σε, γέρον, Μυκηναῖος ὠ-
10. νόμαζεν λαός.

ΙΟΛΑΟΣ.

11. τὸν Ἡράκλειον ἴστε που παραστάτην,
12. Ἰόλαον; οὐ γὰρ σῶμ' ἀκήρυκτον τόδε.

μεσῳδός.

ΧΟΡ.

οἶδ᾽ εἰςακούσας καὶ πρίν· ἀλλὰ τοῦ ποτ᾽ ἐν
χερὶ σᾷ κομίζεις νεοτρεφεῖς κόρους, φρά-
σον.

ἀντ. ά.

ΙΟΛΑΟΣ.

1. Ἡρακλέους οἵδ᾽ εἰσὶ παῖδες, ὦ ξένοι,
2. ἱκέται σέθεν τε καὶ πόλεως ἀφιγμένοι.

ΧΟΡ.

3. τί χρέος; ἦ λόγων πόλεος, ἔνεπέ μοι,
4. μελόμενοι τυχεῖν;

ΙΟΛΑΟΣ.

5. μήτ᾽ ἐκδοθῆναι, μήτε πρὸς βίαν θεῶν
6. τῶν σῶν ἀποσπασθέντες εἰς Ἄργος μο-
λεῖν.

ἀντ. β΄.

ΚΟΠΡΕΥΣ.

1. Ἀλλ᾽ οὔτι τοῖς σοῖς δεσπόταις τάδ᾽ ἀρ-
κέσει,
2. οἳ σοῦ κρατοῦντες, ἐνθάδ᾽ εὑρίσκουσί σε.

ΧΟΡ.

3. Εἰκὸς θεῶν ἱκτῆρας αἰδεῖσθαι, ξένε,
4. καὶ μὴ βιαίῳ χειρὶ δαιμόνων
5. ἀπολιπεῖν σ᾽ ἕδη· πότνια γὰρ δίκα
6. τάδ᾽ οὐ πείσεται.

ΙΟΛΑΟΣ.

3. ἴδετε τὸν γέροντ' ἀμαλὸν ἐπὶ πέδῳ
4. χύμενον· ὦ τάλας.

ΧΟΡ.

5. πρὸς τοῦ ποτ' ἐν γῇ πτῶμα δύςηνον πι-
τνεῖς;
6. * * * * * * *

ϛρ. β'.

ΙΟΛΑΟΣ.

1. Ὅδ', ὦ ξένοι, με, σοὺς ἀτιμάζων θεοὺς,
2. ἕλκει βιαίως Ζηνὸς ἐκ προβωμίων.

ΧΟΡ.

3. Ὅδ'; ἐκ τίνος γῆς, ὦ γέρον, τετρά-
πτολιν
4. ξύνοικον ἦλθες λαόν; ἢ πέρα-
5. θεν ἁλίῳ πλάτᾳ κατέχετ' ἐκλιπόν-
6. τες Εὐβοΐδ' ἀκτάν;

ΙΟΛΑΟΣ.

7. Οὐ νησιώτην, ὦ ξένοι, τρίβω βίον,
8. ἀλλ' ἐκ Μυκηνῶν σὴν ἀφίγμεθα χθόνα.

ΧΟΡ.

9. Ὄνομά τί σε, γέρον, Μυκηναῖος ὠ-
10. νόμαζεν λαός.

ΙΟΛΑΟΣ.

11. τὸν Ἡράκλειον ἴςε που παραςάτην,
12. Ἰόλαον; οὐ γὰρ σῶμ' ἀκήρυκτον τόδε.

μεσῳδός.

ΧΟΡ.

οἶδ' εἰσακούσας καὶ πρίν· ἀλλὰ τοῦ ποτ' ἐν
χερὶ σᾷ κομίζεις νεοτρεφεῖς κόρους, φρά-
σον.

ἀντ. ά.

ΙΟΛΑΟΣ.

1. Ἡρακλέους οἵδ' εἰσὶ παῖδες, ὦ ξένοι,
2. ἱκέται σέθεν τε καὶ πόλεως ἀφιγμένοι.

ΧΟΡ.

3. τί χρέος; ἦ λόγων πόλεος, ἔνεπέ μοι,
4. μελόμενοι τυχεῖν;

ΙΟΛΑΟΣ.

5. μήτ' ἐκδοθῆναι, μήτε πρὸς βίαν θεῶν
6. τῶν σῶν ἀποσπασθέντες εἰς Ἄργος μο-
λεῖν.

ἀντ. β'.

ΚΟΠΡΕΥΣ.

1. Ἀλλ' οὔτι τοῖς σοῖς δεσπόταις τάδ' ἀρ-
κέσει,
2. οἳ σοῦ κρατοῦντες, ἐνθάδ' εὑρίσκουσί σου.

ΧΟΡ.

3. Εἰκὸς θεῶν ἱκτῆρας αἰδεῖσθαι, ξένε,
4. καὶ μὴ βιαίῳ χειρὶ δαιμόνων
5. ἀπολιπεῖν σ' ἕδη· πότνια γὰρ δίκα
6. τάδ' οὐ πείσεται.

9. ὦ Πολυνεῖκες, ἔφυς ἄρ' ἐπώνυμος; ᾤ
μοι Θῆβαι·
10. σὰ δ' ἔρις, οὐκ ἔρις, ἀλλὰ φόνῳ φόνος
11. Οἰδιπόδα δόμον ὤλεσε κρανθεὶς
12. αἵματι δεινῷ, αἵματι λυγρῷ.

στρ. β'.

1. τίνα δὲ προσῳδὸν,
2. ἢ τινα μουσόπολον στοναχὰν ἐπὶ
3. δάκρυσι, δάκρυσιν, ὦ δόμος, ὦ δόμος,

ἀντ. β'.

1. ἀνακαλέσωμαι,
2. τρισσὰ φέρουσα τάδ' αἵματα σύγγονα,
3. ματέρα καὶ τέκνα, χάρματ' Ἐρινύος;

ἐπῳδός.

1. ἃ δόμον Οἰδιπόδα πρόπαν ὤλεσε,
2. τᾶς ἀγρίας ὅτε
3. δυσξύνετον ξυνετὸς μέλος ἔγνω,
4. Σφιγγὸς ἀοιδοῦ σῶμα φονεύσας.

προῳδός.

ἰώ μοι πάτερ.

στρ. γ'.

1. τίς Ἑλλὰς, ἢ βάρβαρος ἢ
2. τῶν πρόπαρ εὐγενετᾶν
3. ἕτερος ἔτλα κακῶν τοσῶνδ'
4. αἵματος ἁμερίου
5. τοιάδ' ἄχεα φανερά; τάλαινα.

ἀντ. γ'.

ὡς ἐλελίζω. τίς ἄρ' ὄρ-
νις δρυὸς ἢ ἐλάτας
ἀκροκόμοις ἀμφὶ κλάδοις
ἑζομένα μονομά-
τορος ἐμοῖς ἄχεσι συνῳδός;

στρ. δ'.

αἴλινον αἰάγμασιν ἃ
τοῖςδε προκλαίω μονάδ' αἰ-
ῶνα διάξουσα τὸν αἰ-
εὶ χρόνον ἐν λειβομένοι-
σιν δακρύοισιν.

στρ. ε'.

* * * ἰαχήσω;
τίν' ἐπὶ πρῶτον ἀπὸ χαί-
τας σπαραγμοῖς ἀπαρ-
χὰς βαλῶ;

στρ. ϛ'.

ἐν διδύμοισι γάλακτος ἐμᾶς παρὰ
μαστοῖς ματέρος, ἢ πρὸς ἀδελφῶν
οὐλόμεν' αἰκίσματα δισσῶν;

στρ. ζ'.

ὀττοτοὶ, λίπε σοὺς δόμους,
ἀλαὸν ὄμμα φέρων πάτερ,
δεῖξον, ὦ γηραιὲ, σὸν αἰῶνα,

ἀντ. ζ'.

μέλεον, ὅς γ' ἐπὶ δώμασιν,
ἀέριον σκότον ὄμμασιν
σοῖς βαλὼν, ἕλκεις μακρόπνουν ζωάν.

στρ. ή.

1. κλύεις, ᾧ κατ' αὐλὰν ἀλαίνων γεραι-
2. ὸν πόδα δεμνίοις
3. δύςανος ἰαύων;

ἀντ. δ'.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τί δ', ὦ

1. παρθένε, βακτρεύμασι τυ-
2. φλοῦ ποδὸς ἐξάγαγες εἰς
3. φῶς με λεχήρη σκοτίων
4. ἐκ θαλάμων οἰκτροτάτοι-
5. σι δακρύοισιν,

ἀντ. ή.

1. πολιὸν, αἰθέρος τ' ἀφανὲς εἴδωλον ἢ
2. νέκυν ἔνερθεν ἢ
3. ποτανὸν ὄνειρον;

στρ. θ'.

ἈΝΤΙΓΟΝΗ.

1. δυστυχὲς ἀγγελίας ἔπος οἴσει,
2. ὦ πάτερ, οὐκέτε σοι τέκνα λεύσσει
3. φάος, οὐδ' ἄλοχός, παραβάκτροις
4. ἃ πόδα σὸν τυφλόπουν θεραπεύμασιν αἰὲν
ἐμόχθει,
5. ὦ πάτερ, ὤ μοι.

ϛρ. ι′.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

1. ᾤ μοι ἐμῶν παθέων· πάρα γὰρ ϛενάχειν
τάδ᾽, αὔτεῖν·
2. τρισσαὶ ψυχαὶ πῶς ἔλιπον φάος, ὦ τέ-
κνον, αὔδα;

ἀντ. θ′.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

1. οὐκ ἐπ᾽ ὀνείδεσιν, οὐδ᾽ ἐπιχάρμασιν,
2. ἀλλ᾽ ὀδύναισι λέγω· σὸς ἀλάϛωρ,
3. ξίφεσιν βρίθων φονίοισιν
4. καὶ πυρὶ καὶ σχετλίαισι μάχαις, ἐπὶ
παῖδας ἔβα σούς,
5. ὦ πάτερ, ᾤ μοι.

ϛρ. κ′.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

αἶ αἶ —

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

τί τάδε καταϛένεις;

ἀντ. κ′.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τέκνα.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

δι᾽ ὀδύνας ἂν ἔβας·

ἀντ. ϛ′.

1. ει τὰ τέθριππά γ᾽ ἐς ἅρματα λεύσσων

2. ἀελίυ, τάδε σώματα νεκρῶν
3. ὄμματος αὐγαῖς ἐπενώμας.

ἀντ. ί.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

1. τῶν μὲν ἐμῶν τεκέων φανερὸν κακὸν, (αἶ αἶ ἰώ μοι.)
2. ἁ δὲ τάλαιν' ἄλοχος τίνι μοι, τέκνον, ὤλετο μοίρᾳ;

ἀντ. έ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

1. δάκρυα γοερὰ φανερὰ πᾶσι
2. τιθεμένα, τέκεσι μα-
3. ςὸν ἔφερ' ἱκέτις ἱκέταν
4. ἀρομένα.

ἀντ. ά.

1. εὗρε δ' ἐν Ἠλέκτραισι πύλαις τέκνα
2. λωτοτρόφον κατὰ
3. λείμακα λόγχαις κοινὸν ἐνυάλιον
4. μάτηρ, ἐπὶ τραύμασιν αἵματος
5. ὥςε λέοντας ἐναύλυς μαρναμένυς,
6. ἤδη ψυχρὰν λοιβὰν, φονίαν,
7. ἃν ἔλαχ' Ἅιδας, ὤπασε δ' Ἄρης.
8. χαλκοκροτον δὲ λαβῦσα νεκρῶν πάρα φάσγανον, εἴσω
9. σαρκὸς ἔβαψεν, ἄχει δὲ τέκνων ἔπεσ' ἀμφὶ τέκνοισιν.
10. πάντα δ' ἐν αἵματι τῷδε συνάγαγεν
11. ἁμετέροισι δόμοισιν ἄχη θεὸς,
12. ὦ πάτερ, ὃς τάδε τᾷδε τελευτᾷ.

Accuratum huius loci studium iis commendare licet, si qui sunt, qui omnem hanc, quae in quaerenda apta stropharum et antistropharum compositione versatur, operam vanam atque inutilem existiment. Nimis enim molestam ac pene putidam esse opinari quidam videntur illam in construendis systematibus diligentiam, quam quae Graecos poetas, ut gravioribus rebus intentos, auctores habere potuerit, sed tristis cuiusdam hoc Critices inventum liberali Graecorum ingenio affingi atque obtrudi. His, inquam, si ceteris descriptionibus parum moveantur, hunc locum diligentius considerandum trado, in quo, ut aptis singularum stropharum commissuris operam dedisse poetam in aperto est, ita nunc demum de singulorum versuum recta et lectione et distributione paulo confidentius iudicare licet. Schema totius systematis hoc est:

α'.

β' β' ἐπῳδ. προῳδ. γ' γ'.

δ' – ε' ϛ' ζ' ζ' η' δ' η' ϑ' ι' ϑ' κ' κ' ϛ' ι' – ε'

α'.

In tanto stropharum numero, ordo tamen earum facile perspicitur. Prima et ultima stropha, quae sibi respondent, duo includunt systemata, quorum prius ad formam quidem nihil difficultatis habet, alterum sedecim strophas complectitur, ita bipartitas, ut intra strophas ϛ', quae utramque partem copulant, stropharum series inverso ordine vergat, extra strophas ϛ' vero

positis strophis duabus alteri stropha ἑ, alteri antistropha ἑ veluti comes subiuncta sit. Ceterum responsiones stropharum γ', δ', η', ϑ' et ϰ' iam aperuit Hermannus de usu antistr. a p. XVI. aliam tamen ibi totius carminis conformationem secutus. — Iam dicam de singulis:

ςϱ. α'. v. 1. In βοτρυώδεος pro βοςρυχώδεος seu βοτρυχώδεος incidit Porsonus, quod debebat recipere. Pergunt numeri una serie in versus proximos.

v. 4 et 5. Hiatum inter προςώπυ et αἰδομένα, quum in antistropha continuari numeri videantur, malim abesse. Neque enim plane eiusdem naturae est hiatus, quem infra legimus v. 12. αἵματι δεινῷ, αἵματι λυγρῷ, ubi idem verbum cum vi repetitur, (vid. supra p. 91. seq.) nec magis ςϱ. ϑ'. v. 1.:

δυςυχὲς ἀγγελίας ἔπος οἴσει,
ὦ πάτερ, ὐκέτι σοι τέκνα λεύσσει.

ubi compellatio ὦ πάτερ hiatum lenit. Memorabile tamen est, hic pariter atque nostro loco spondeo, in quem hiatus incidit, in antistropha oppositum esse purum dactylum:

ουκ ἐπ' ὀνείδεσιν, ὐδ' ἐπὶ χάϱμασιν,
ἀλλ' ὀδύναισι λέγω etc.

Diversus etiam ab nostro est ille hiatus, qui legitur in Soph. Electr. 157.:

οἵα Χρυσόθεμις ζώει καὶ 'Ιφιάνασσα.

quibus respondent:

μήϑ' οἷς ἐχϑαίρεις ὑπεράχϑεο μήτ' ἐπιλάϑυ.

(quos versus heroicos esse, miror, Erfurdtium non animadvertisse.) Hic enim Sophocles Homerum secutus est Iliad. ζ. 145 et 287.

Χρυσόθεμις καὶ Λαοδίκη καὶ Ἰφιά-
νασσα.

Differunt etiam, ut facile apparet, illi Eur. Orest. v. 1307.

καίνετε, ὄλλυτε.

Androm. 1176.

αἲ αἲ, ὦ πόλι.

Suppl. 277.

ὦ δοκιμώτατος Ἑλλάδι, ἄντομαι.

Phoeniss. 810. Pers.

ἀντίπαλον κατὰ λάϊνα τείχεα.
ἦ δεινά τις ἔρις θεάς.

Soph. Philoct. 1202.

ἀλλ' ὦ ξεῖνοι, ἕν γ' ἐμοὶ, ἕν γ' ἐμοί.

Ibid. 1205.

ἢ γένυν ἢ βελέων τι προπέμψατε.
ΧΟΡ. ὡς τίνα ῥέξῃς;

In quibus omnibus aut exclamatio est, aut compellatio. — In Phoeniss. 795. et Heracl. 609. et 620. numerorum termini sunt. Nec denique huc pertinent illi hiatus, qui sunt in arsi dactylica, ut Soph. Oed. Tyr. 511.

τῷ ἀπ' ἐμᾶς φρενός.

Soph. Electr. 147.

ἃ Ἴτυν αἰὲν Ἴτυν ὀλοφύρεται.

Eur. Bacch. 110.

ἢ ἐλάτας.

quod idem in nostro carmine legimus ἀντ. γ΄. v. 2. Unum tamen huius generis hiatum recte videtur sustulisse Porsonus in Eur. Phoeniss. 8c6.

Ἰσμηνοῦ ἐπὶ χεύμασι βαίνων.

ubi tacite inseruit τ᾽. Quamquam in iis, quae proxime sequuntur, ubi iterum hiatus vitandi causa verba transposuit, verum mihi non videtur assecutus. Verba Ἀργείους ἐπιπνεύσας v. 807. Pors. manifesto male repetita sunt ex v. 801. Ἀργείων ἐπιπνεύσας; atque haec potius omittere debebat Porsonus, quam quae poeta multo digniora sunt χαλκῷ κοσμήσας. Habent haec verba omnes fere libri post λάϊνα τείχεα v. 810. Ac si quidam Codices omittunt, sunt illi ex Scholiastae recensione, cuius glossam Musgravius enotavit hanc: περισσὸν ἐνταῦθα τὸ ΧΑΛΚΩι ΚΟΣΜΗΣΑΣ, διὸ καὶ ἐξεβλήθη παρ᾽ ἐμοῦ. Antiquior Scholiastes bene explicat: οὐ κισσῷ κοσμήσας, ἀλλὰ χαλκῷ. At vero eum locum, quo in codicibus collocantur, verba ista obtinere non posse, clarum est. Hanc enim in illo carmine sibi legem poeta scripsit, ut syllabae syllaba responderet. Apparet, ponenda esse ante ἀσπιδοφέρμονα, levi praeterea emendatione adhibita hunc in modum:

Ἰσμηνοῦ τ᾽ ἐπὶ χεύμασι βαίνων,
ἱππείαισι θοάζεις

εἰς Σπαρτῶν γενεὰν, χαλκῷ κοσμήσας
ἀσπιδοφέρμονα cet.

ant. 823.

γένναν, τὰν ὁ κατὰ χθονὸς Ἅιδας
Καδμείοις ἐπιπέμπει·
δυςδαίμων δ᾽ ἔρις ἄλλα θάλλει παίδων
Οἰδιπόδα κατὰ etc.

Praepositio εἰς exciderat propter praecedens θοάζεις. Scholiastes eam adhuc videtur legisse, qui explicat, κατὰ τὴν γενεὰν τῶν Σπαρτῶν. Etiam Paraphrastes vertit κατὰ τῆς γενεᾶς. Γενεὰν scripsi, ut syllabae antistrophicis aequales essent. Γένναν habet Aldus, ceteri libri γέννα, nullus γένναν. (Etiam Hel. 1345. legendum est γενεὰν, licet Aldina habeat γένναν.) Ceterum in huius carminis fine v. 829. repone:

οὐ γὰρ ὃ μὴ καλὸν, οὔποτ᾽ ἔφυ καλὸν,
οὐδ᾽ οἱ μὴ νόμιμοι παῖδές ποτε.

Grotii MS. ποτε habet ante παῖδες. Dicit poeta: οὐδέποτε παῖδες οἱ μὴ νόμιμοι νόμιμοι ἔσονται. — Sed revertor ad nostrum locum, in quo, donec idoneis exemplis hiatus iste firmetur, post προσώπου inserendam censeo copulam τ᾽, explicativam, quam vocant.

v. 9. ὦ μοι Θῆβαι. Ita Cod. Flor. X.

ἀντ. β΄. v. 1. Vulgo ἀνακαλέσομαι. Emendavit Hermannus de usu antistr. p. XVII.

Ἐπῳδ. Putaveram antea, hos dactylicos efficere mesodum, et proxima verba, ἰώ μοι πάτερ, extra versum sumenda esse, sed vidi poste-

rius, rectius illos tanquam epodum anteocedentibus adiungi, haec sequentibus tanquam proodum. Quae dispositio priori quoque systemati inversam speciem, quam praefert alterum, parit.

στρ. γ'. v. 1. τις ante βάρβαρος iam Hermannus delevit, illatum illud a Brunckio, quem Porsonus secutus est.

v. 2. Libri aut προπάροιθεν aut πάροιθεν. Quod ego antistrophae causa dedi πρόπαρ, apud Zonaram p. 1589. explicatur per προπάροιθεν.

v. 3. τάλαινα vulgo sequenti versui adiungunt scribendo τάλαιν' ὡς.

ἀντ. γ'. v. 2. Hermannus, qui in stropha reponit προπάροιθ', hic legendum suspicatur τίς ἄρ' ὄρνις δρυὸς ἢ τίς ἄρ' ἐλάτας cet. Equidem stropham mutare malui, tum quod etiam in Bacch. v. 110. eodem modo iunguntur δρυὸς ἢ ἐλάτας, tum quod haec librorum lectio binis versibus eosdem numeros reddit.

v. 5. Verissime Hermannus eiiciendum esse monuit ὀδυρμοῖς, ut glossema. — Versus est dochmiacus addito in fine amphibracho. Vid. supra p. 163.

στρ. δ'. v. 4 et 5. λειβομένοισιν δακρύοισιν Hermanno teste Codices habent.

στρ. ε'. v. 1. Antistropha docet, maiorem hic esse lacunam, quam quae vulgo putatur. Debet enim, ut opinor, primus versus esse trochaicus. Fortasse Euripides scripsit:

δάκρυσι δάκρυσι τίν' ἰαχήσω;

Paulo ante in stropha β'. habuimus τίνα — ϛοναχὰν ἐπὶ δάκρυσι δάκρυσιν — ἀνακαλέσωμαι. Magis etiam huc pertinent fabulae nostrae v. 1311. ἰαχχὰν — δάκρυσι θρηνήσω, Hel. 164. τίνα μοῦσαν ἐπέλθω, δάκρυσιν ἢ θρήνοις, et Herc. Fur. 1045. σε δακρύοις ϛένω. — Hoc modo non solum et lacunae causa apparet, quae latet in antecedente δακρύοισιν, et cur libri fluctuent inter δακρύοισιν et δάκρυσιν, sed etiam idem in antistropha vocabulum repetitum videmus, quemadmodum ipsis antecedentis strophae ultimis verbis λειβομένοισιν δακρύοισιν in antistropha respondent οἰκτροτάτοισιν δακρύοισιν. Neque obest illud, quod mutato casu illic δάκρυα est, hic δάκρυσιν. Nam eodem modo Phoeniss. 687. verbis τάνδε γᾶν v. 695. respondent τᾶδε γᾷ, Med. 431. λέκτρον ant. v. 443. λέκτρων, Hippol. 552. φονίοις ant. 562. φονίῳ, Elect. 705. χρυσέαν ant. v. 719. χρυσέας, itemque aliis locis saepius. — Qui hunc sequuntur versus, Cretici sunt omnes.

ϛρ. ϛ'. v. 1. Plerique Codices ματέρος ἐμᾶς ἐν διδύμοισι γάλακτος παρὰ μαϛοῖς. Transpositione verborum non uno modo metra restitui possunt. Hermannus ἐμᾶς delet.

v. 3. Eodem numero dactylicum systema terminatur in huius fabulae v. 813. Pors. quem pariter atque antistrophicum eius Porsonus recte emendavit.

ϛρ. ζ'. v. 1. Haec partim Aldi lectio est, partim Codicum. Neque, quod, aliud agens

Porsonus putavit, Valckenarius ad Hippol. 34. de hoc versu disputat, sed de versu Phoeniss. 1696. Utrum rectius hic scribatur *ὀτοτοτοί*, nondum satis mihi constat. Sunt versus Glyconei, quorum extremo additus est trochaeus. In eundem modum Glyconei exeunt Eur. Suppl. 955.

οὐκέτ' εὔτεκνος οὐκέτ' εὔ-
παις, οὐδ' εὐτυχίαις μέτε-
στίν μοι κουροτόκοις ἐν Ἀργείαις.

Iph. Taur. 1092.

εὐξύνετον ξυνετοῖς βοὰν
ὅτι πόσιν κελαδεῖς ἀεὶ μολπαῖς.

Eur. Electr. 171.

ἀγγέλλει δ', ὅτι νῦν τριταί-
αν καρύσσουσιν θυσίαν
Ἀργεῖοι· πᾶσαι δὲ παρ' Ἥ-
ραν μέλλουσι παρθενικαὶ στείχειν.

Ibid. 435.

τοῖς ἀμετρήτοις ἐρετμοῖς
πέμπουσαι χορὸς μετὰ Νηρῄδων.

Quae exempla simul docent, in hoc versu non minus quam in vulgari Glyconeo dactyli duplicem esse sedem.

v. 2. *πάτερ, δεῖξον, ὦ γεραιέ.* Vulgo *πάτερ γεραιὲ, δεῖξον, Οἰδιπόδα.* Ultimam vocem, ut glossema, omittere eo minus cunctatus sum, quod Aldus *Οἰδίπου* legit forma vulgari.

ἀντ. ζ'. v. 1. Adiectivum *μέλεον* in antistrophae initium poeta reiecit, quod, cur mi-

sera sit Oedipi vita, in hac potissimum exponitur. In strophis enim aut finiendis aut inchoandis saepe non tam grammatica quam logica ratio spectatur, ut Aeschyl. Eum. 1017. (quo loco et χωρεῖτε et περίσεπται et τύχα τε servari posse puto) Eur. Hec. 647. 943. Hippol. 131. et aliis locis compluribus. Cf. supra p. 272. ad Troad. 302. Simillimum strophae initium est paulo post in antistropha ή, quae accusativos habet pendentes a verbo strophae proxime praegressae. Versa vice in strophis β' accusativum ad stropham, ad antistropham verbum pertinere vidimus. Quod tamen Hermannus finem strophae facit cum praepositione ἐπὶ ante δώμασιν, id quidem vereor ut aptis exemplis tueri possit. In Aeschyli Sept. ad Theb. 839. verbum principale strophae initium facit.

Ibid. Vulg. ὅς sine γ'.

v. 2. Haud opus esse arbitror, ut aut ex mente Scholiastae Sophoclei ad Electr. v. 87. primam in ἀέριον correptam aut ultimas huius vocis syllabas in unam contrahendas putemus. Dactylum in Glyconeorum initiis tuentur Soph. Oed. Col. 671.

ἔνθα λίγεια μινύρεται.

ant. 684.

ἀρχαῖον ςεφάνωμ', ὅ τε.

(quamquam hoc quidem loco scribi possit ἔνθ' ἁ, ut prior vox ad antecedentem versum referatur.) Eur. Iph. Aul. 547.]

μαινόμενοι δ' οἴςρων, ὅθι δή.

ant. v. 562.

μέγα φέρουσιν εἰς ἀρετάν.

uti utrimque legendum esse vix dubitari potest. Vid. Schaef. ad Bosii Ellips. p. 443. et quem ille citat, Musgrav. ad Iph. Aul. 1078. De antistrophico verum iam vidit Heathius. Ibid. 556.

καὶ μετέχοιμι τᾶς Ἀφροδί-
τας.

ant. 571.

κόσμος ἔνδον μυριοπλη-
θής.

Male hic post *ἔνδον* inseritur articulus *ὁ*. Iph. Taur. 1144.

παρθένος εὐδοκίμων γάμων.

stroph. 1129.

κέλαδον ἑπτατόνου λύρας.

ubi Marklandus voces *κέλαδον* et *ἑπτατό-νου* transponendas esse putat. Hel. 1523.

βάλλετε βαρβάρων λεχέων.

stroph. 1506.

Ὠρίωνά τ' ἐννύχιον.

Ion. 187.

ἀλλά γε καὶ παρὰ Λοξίᾳ.

ant. 198.

ἀσπιστὰς Ἰόλαος, ὅς.

Conf. Eur. Alcest. 243. Suppl. 993. 1022. Iphig. Taur. 1092. 1098. Eur. Electr. 151.

155. — Immo anapaestus Glyconei initium facit Iphig. Taur. 1120.

μεταβάλλει δυςδαιμονία.

stroph. 1103.

λίμναν θ' εἱλίσσουσαν ὕδωρ.

v. 3. Libri σοῖσι, fortasse recte. Vid. nota antecedens.

ἀντ. δ'. Hermannus in strophae initio coniicit excidisse ἰὼ, quod antistrophico τί δ' ὦ respondeat.

v. 5. Pronomen με, quod male vulgo initio strophae ponitur post τί, recte Hermannus huc retraxit. Idem proxima stropha post αἰθέρος inseruit copulam.

ἀντ. ή. v. 3. Ex πτανὸν malui facere ποτανὰν, quam cum Hermanno, qui in stropha alium verborum ordinem sequitur, addere ὄντα, quod melius abest.

ϛϱ. θ'. v. 2. Miror Porsonum, qui ad hunc locum errores iactat, quos viri docti et hic et in sequentibus metri causa commiserint, quum neque ipsi de his metris constiterit, et ipsum illud, cuius causa illa annotavit, falsum sit. Bene enim Kingius ὦ ante πάτερ addidit. Idem ὦ reposcit huius strophae versus quintus.

ϛϱ. ί. Strophas ί sibi respondere, praeter systematis ordinem, confirmat et initium simillimum:

ὤμοι ἐμῶν παθέων.

ant.

τῶν μὲν ἐμῶν τεκέων.

et circa finem quaedam sententiarum similitudo, hic, πῶς τρισσαὶ ψυχαὶ φάος ἔλιπον, illic, τίνι μοίρᾳ ἄλοχος ὤλετο.

v. 1. Porsonus, Grotium secutus, dedit καὶ τάδ' αὐτῶν. Sed recte MSS. pars et Aldus καὶ omittunt. Est autem comma ponendum post τάδε. Commotus animus interdum verba eiusdem aut cognatae significationis cumulat sine copula. Aeschylus Choeph. 5.

τύμβου δ' ἐπ' ὄχθῳ τάδε γε κηρύσσω πατρὶ
κλύειν, ἀκοῦσαι.

Soph. Trach. 998.

ὦ Ζεῦ,
οἵαν μ' ἄρ' ἔθου λώβαν, οἵαν·
ἥν μή ποτ' ἐγὼ προσιδεῖν ὁ τάλας
ὤφελον ὄσσοις, τόδ' ἀκήλητον
μανίας ἄνθος καταδερχθῆναι.

quae tentata nolim. Eur. Ion. 1446.

τίν' αὐδὰν ἀΰσω, βοάσω;

Paululum differunt Aeschyl. Sept. ad Theb. 82. σαφὴς ἔτυμος ἄγγελος, Eur. Orest. 345. οἶκον ἄλλον, ἕτερον, Hippol. 869. δόμους ὀλομένους, οὐκέτ' ὄντας, cuiusmodi exempla ubique obvia sunt.

v. 2. Post τρισσαὶ ψυχαὶ libri addunt ποίᾳ μοίρᾳ, quas voces ex glossa ad πῶς adscripta in textum venisse non dubito. Atque in Codice D. Beckio teste ea verba a ceteris leguntur separata. Respexisse videtur glossator ad antistrophae verba τίνι μοίρᾳ

ὤλετο. Reiectis illis duos nanciscimur versus heroicos. Neque haerendum in eó, quod in altero hexametro non pares stropha antistrophaque syllabas habet. In hoc enim carmine illa lex non obtinet, quod satis apparet ex aliquot versibus stropharum ά et ϑ΄.

ἀντ. ϑ΄. v. 3. Quod in proximo versu ante σχετλίαισιν Codex habet φονίαις, id mutatum in φονίοισιν huic versui adiiciendum putavi, ut expleretur lacuna.

v. 4. Articulum ante σὰς cum Aldo et pluribus MSS. omisi.

v. 5. ᾧ μοι vulgo male ad proximam Oedipi personam refertur.

ϛρ. κ΄. Hic et in proxima stropha Aldi lectionem, quacum MSS. consentiunt, immutatam servavi. Uterque versus Glyconicus est. Qui syllabarum aequalitatem desiderant, altera lectione ϛενάχεις pro καταϛένεις recepta legere possunt:

αἶ αἶ — τί δὲ τάδε ϛενάχεις;

Sed alibi quoque, quod plus semel monuimus, in Glyconeis dactylus sedem mutat, ut Soph. Antig. 110.

ἀκτὶς ἀελίοιο κάλ-
λιϛον ἑπταπύλῳ φανέν. *)

ant. 117.

στὰς δ᾽ ὑπὲρ μελάθρων κύκλῳ
φοινίαισιν ἀμφιχανών.

*) Nescio cur Aldi ἀελίοιο Bothio probatum Erfurdtius spreverit, quum Glyconici dactylicorum numerorum ius sibi sumant.

quae postrema recte emendavit Erfurdtius meus. Philoct. 1082.

ϑερμὸν καὶ παγετῶδες, ὡς.

ant. 1103.

καὶ μόχϑῳ λωβατὸς, ὅς ἤ-
δη.

Eur. Iphig. Taur. 1096.

ποϑῦσ' Ἑλλάνων ἀγόρυς,
ποϑῦσ' Ἄρτεμιν λοχίαν.

ant. 1113.

ἔνϑα τᾶς ἐλαφοκτόνυ
ϑεᾶς ἀμφίπολον κόραν.

vulgo male λοχείαν et κύραν. Hel. 1503.

ὦ πταναὶ δολιχαύχενες.

ant. 1520.

ναύταις εὐαεῖς ἀνέμων.

Ion. 209.

λεύσσεις ὖν ἐπ' Ἐγκελάδῳ
Γοργωπὸν πάλλυσαν ἴτυν.

ant. 223.

ἆρ' ὄντως μέσον ὀμφαλὸν
γᾶς Φοίβυ κατέχει δόμος.

quae haudquaquam tentari debebant. Eur. Electr. 146.

διέπομαι κατὰ μὲν φίλαν.

ant. 163.

δέξατ', ὖδ' ἐπὶ ςεφάνοις.

vid. supra p. 259. Ibid. 170.

Μυκηναῖος ὀρειβάτας.

ant. 193.

δοκεῖς τοῖσι σοῖς δακρύοις.

ita enim legendum est. Ibid. 184. sqq. ter:

σκέψαι με πιναρὰν κόμαν,
καὶ τρύχη τάδ' ἐμῶν πέπλων,
εἰ πρέποντ' Ἀγαμέμνονος
κούρᾳ, τᾷ βασιληΐᾳ,
τᾷ Τροίᾳ θ', ἃ με πατέρος
μέμναταί ποθ' ἁλοῦσα.

ant. 207.

αὐτὰ δ' ἐν χέρνησι δόμοις
ναίω ψυχὰν τακομένα,
δωμάτων πατρῴων φυγὰς,
οὐρείας ναίουσ' ἐρίπνας.
μάτηρ δ' ἐν λέκτροις φονίοις
ἄλλῳ σύγγαμος οἰκεῖ.

in quibus quaedam mutavi, ex parte Reiskium secutus, qui egregie pro εἴπερ ποτ' coniecit εἰ πρέποντ'. Sed satis de his. — Habet autem versus noster hoc quoque memorabile, quod prima dactyli soluta est. Vid. supra p. 44. not.

ἀντ. κ'. τέκνα. Ita Aldus, omisso ὦ μοι.

ἀντ. ς'. v. 3. Recte Valckenarius et Porsonus libri auctoritate σαῖς post αὐγαῖς eiecerunt.

ἀντ. ι'. v. 1. Deest in libris hexametri exitus. Quem defectum ita explevimus, ut exclamationes ὤ μοι sive ὤ μοί μοι, quas plurimi libri non multo ante verbo τέκνα male praefigunt, paululum immutatas huc recipe-

remus. Similem versus heroici exitum habuimus in stropha ά:

ἀγεμόνευμα νεκροῖσι πολύςονον, αἲ αἲ
ἰώ μοι.

ἀντ. ά. v. 3. Vulgo ἔφερεν ἔφερεν, quod retinere possis, si cum Hermanno ἱκέταν deleas. Sed nihil in Euripide verbis male iteratis frequentius. Paulo post cum Hermanno scripsi ἀρομένα.

ἀντ. ά. v. 5. Verba vulgo hoc ordine leguntur:

κοινὸν ἐνυάλιον
μάτηρ, ὥςτε λέοντας ἐναύλες
μαρναμένες ἐπὶ τραύμασιν αἵματος,

numeris importune interruptis.

v. 6. Hi duo anapaesti cum proximis hexametris omnem de antistrophica huius loci responsione dubitationem removent. Accedit, quod hic cum duodecimo versu totius carminis, illic systematis dactylici finis est.

v. 12. Hunc versum ego quoque ita emendaveram, ut ab Hermanno emendatum video. Ceterum per totum carmen veras Porsoni emendationes non monito lectore recepimus.

XXIX.

Ad p. 61. — Eur. Iphig. Taur. a v. 642 — 657. videntur antistrophica fuisse hoc modo:

στροφή.

ΧΟΡ.

1. κατολοφύρομαί σε τὸν χερνίβων
2. ῥανίσι μελόμενον ῥανίσιν αἱμακταῖς.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

3. οἶκτος γὰρ οὐ ταῦτ', ἀλλὰ χαίρετ', ὦ ξέναι.

ἀντιστροφή.

ΧΟΡ.

1. σὲ δὲ τύχας μάκαρος, ἰὼ νεανία,
2. σεβόμεθ', εἰς πάτραν ὅτι ποτ' ἐμβάσῃ.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

3. ἄζηλα τοῖς φίλοισι, θνησκόντων φίλων.

Ἐπῳδός.

ΧΟΡ.

1. ὦ σχέτλιοι πομπαί·
2. φεῦ φεῦ, διόλλυσαι,
3. αἶ αἶ αἶ αἶ, πότερος ὁ μέλλων; ἔτι γὰρ
4. ἀμφίλογα
5. δίδυμα μέμονε φρὴν, σὲ πάρος ἢ σ', ἀνα-
6. στενάξω γόοις.

στρ. v. 2. Alterum ῥανίσιν ego inserui. Vid. supra p. 278.

v. 3. γὰρ pro μὲν ex Codd. restituit Marklandus.

ἀντ. v. 1. Vulgo ὦ. – Νεανία hic trisyllabon est, vid. supra p. 49. seq. not.

v. 2. Libri ἐπεμβάσῃ. Quo servato, possit etiam scribi;

σεβόμεθ', εἰς πατρίδ' ὅτι ποτ' ἐπεμβάσῃ.

v. 4. Iam Brubachius edidit ἀμφίλογα. Ceterum vid. supra p. 124.

XXX.

Ad p. 62. — Eur. Hercul. Fur. a v. 1178 — 1213. Huius satis impediti carminis quae mihi probabilis dispositio visa sit, eo minus hic dubitavi exponere, quod de tali loco, nisi meliores libri succurrant, ultra opinionem, quae sua cuique propria est, vix progredi posse quemquam confido.

στρ. α'.

ΑΜΦΙΤΡΥΩΝ.

1. ὦ τὸν ἐλαιοφόρον ὄχθον ἔχων * *

ΘΗΣΕΥΣ.

2. τί χρῆμά μ' οἰκτροῖς ἐκάλεσας προοιμίοις;

ἀντ. α'.

ΑΜΦΙΤΡΥΩΝ.

1. ἐπάθομεν πάθεα μέλεα πρὸς θεῶν.

ΘΗΣΕΥΣ.

2. οἱ παῖδες οἵδε τίνες, ἐφ' οἷς δακρυῤῥοεῖς;

ϛρ. β'.

ΑΜΦΙΤΡΥΩΝ.

1. ἔτεκε μὲν οὑμὸς Ἶνις τάλας,
2. τεκόμενος δ' ἔκτανε φοίνιον αἷμα τλάς.

ϛρ. γ'.

ΘΗΣΕΥΣ.

1. εὔφημα φώνει.

ΑΜΦΙΤΡΥΩΝ.

βȣλομένοισιν ἐπαγγέλλει.

ἀντ. γ'.

ΘΗΣΕΥΣ.

1. ὦ δεινὰ λέξας.

ΑΜΦΙΤΡΥΩΝ.

οἰχόμεθ' οἰχόμεθα πτανοί.

ϛρ. δ'.

ΘΗΣΕΥΣ.

1. τί φῄς; τί δράσας;

ΑΜΦΙΤΡΥΩΝ.

μαινομένῳ πιτύλῳ
2. πλαγχθεὶς, ἑκατογκεφάλοιο βαφαῖς ὕδρας.

μεσῳδός.

ΘΗΣΕΥΣ.

1. Ἥρας ὅδ' ἁγών. τίς δ' ὅδ' οὖν νεκροῖς, γέρον;

ΑΜΦΙΤΡΥΩΝ.

2. ἐμὸς, ἐμὸς ὅδε γόνος ὁ πολύπονος, ὃς ἐπὶ
3. δόρυ γιγαντοφόνον
4. ἦλθε σὺν θεοῖς Φλεγραῖον εἰς
5. πεδίον ἀσπιστάς.

ΘΗΣΕΥΣ.

6. φεῦ φεῦ, τίς ἀνδρῶν ὧδε δυσδαίμων ἔφυ;

στρ. έ.

ΑΜΦΙΤΡΥΩΝ.

1. οὐκ ἂν γ' εἰδείης ἕτερον
2. πολυμοχθότερον πολυπλαγκτότερόν τε βροτῶν.

ΘΗΣΕΥΣ.

3. τί γὰρ πέπλοισιν ἄθλιον κρύπτει κάρα;

ἀντ. έ.

ΑΜΦΙΤΡΥΩΝ.

1. αἰδόμενος τὸ σὸν ὄμμα καὶ
2. φιλίαν ὁμοφύλιον, αἷμά τε παιδοφόνον.

ΘΗΣΕΥΣ.

3. ἀλλ' εἰ συναλγῶν γ' ἦλθον, ἐκκάλυπτέ νιν.

ἀντιστρ. β'.

ΑΜΦΙΤΡΥΩΝ.

1. ἰὼ τέκνον, πάρες ἀπ' ὀμμάτων
2. πέπλον, ἀπόδικε· ῥέθος ἀελίῳ δεῖξον.

στρ. ς'.

* * * * * *

ἀντ. ς'.

* * * * * *

ἀντ. δ'.

ΘΗΣΕΥΣ.

1. * * * *

ΑΜΦΙΤΡΥΩΝ.

* * * *

2. βάρος ἀντίπαλον δακρύοις συναμιλλᾶται.

Ἐπῳδός.

1. ἱκετεύομεν μὲν ἀμφὶ σὰν γενειάδα
2. καὶ γόνυ καὶ χέρα, προσπιτνῶν,
3. πολιόν τε δάκρυον ἐκβαλών.
4. ἰὼ παῖ,
5. κάτασχε λέοντος ἀγρίου θυμόν γ', ὅπως
6. βρόμον ἐπὶ φόνιον ἀνόσιον ἐξάγει,
7. κακὰ θέλων κακοῖς ξυνάψαι, τέκνον.

Carminis conformationem hoc refert schema:

ά ά β' γ' γ' δ' μεσῳδ. έ έ β' ς' ς' δ'.

Quod personas attinet, eadem semper antistropham habet, quae habuit stropham.

ϛρ. ά. v. 1. Hermannus in fine versus vocem ἄναξ putat excidisse. Idem ego quoque suspicatus eram.

ϛρ. γ'. Hunc versum proxime sequenti respondere, vix dubitari potest.

ϛρ. δ'. Ex ἑκατογκεφάλȣ feci ἑκατογκεφάλοιο. Proximum versum emendavit Reiskius.

μεσ. Quartus mesodi versus trochaicus est.

ϛρ. έ. v. 2. In fine dedi βροτῶν pro θνατῶν. Etiam in Nostri Hecuba 821. pro lectione βροτοῖς Codex affert θνητοῖς. Cui commutationis eius exemplo alia addita invenies a Schaefero ad Soph. Antig. ed. Erfurdt. min. p. 157.

ἀντ. έ. Etiam Hermannus pro αἰδȣ́μενος scripsit αἰδόμενος. Eandem corruptelam critici sustulerunt e Phoeniss. 1496. Versus est Glyconeus, ut strophicus. Vid. supra p. 533. seq. Si quis malit totam strophulam e dactylis constare, is post ὄμμα inserat τε.

v. 2. ὁμοφύλιον. Libri ὁμόφυλον. Soph. Oed. R. 1406.

πατέρας, ἀδελφȣ́ς, παῖδας, αἷμ' ἐμφύλιον.

Ἀποφύλιος etiam Aeschylus dixit, teste Hesychio.

v. 3. Vulgo εἰς συναλγȣ̃ντ' ἦλθον. Eleganter Wakefieldius ὡς συναλγῶν γ' ἦλθον. Hermannus ceteris servatis ἦλθον in ἦλθεν mutavit. At vero τὸ ἐλθεῖν magis convenire videtur Theseo. Quod ego conieci,

verte: *sed, quandoquidem una dolens veni, retege eum.*

ἀντ. β'. Pro ὦ scripsi ἰώ.

στρ. ς'. Ut trium hic versuum lacunam ponerem, triplex me permovit causa. Primum proxima verba βάρος — συναμιλλᾶται, abrupta illa, omnique cum antecedentibus nexu destituta, nemo dum exstitit, qui ita explicaret, ut perspicuum alias poetam summae obscuritatis crimine liberaret. Deinde unde tanta repente Amphitruonis ad exorandum filium contentio, ἱκετεύομεν ἀμφὶ σὰν γενειάδα καὶ γόνυ καὶ χέρα, προςπιτνῶν, πολιόν τε δάκρυον ἐκβαλών? An ut caput Hercules retegeret, vultumque daret conspiciendum? Ad id quidem tanta precandi sollertia haud erat opus. Et quid tandem illa, ἰὼ παῖ, κάτασχε λέοντος ἀγρίου θυμὸν, et βρόμον ἐπὶ φόνιον — ἐξάγει etc.? Profecto eo loco, quo lacunam significavimus, videtur Hercules luctu animique aegritudine commotus exclamationes quasdam iecisse, quae metum Amphitruoni facerent, ne ad insaniam filius relaberetur. Tertia, quae lacunae suspicionem moveat, causa posita est in colloquii personarumque ratione, quarum quum perpetua per totum carmen mutatio fuerit, a v. 1206. ἱκετεύομεν etc. ad finem usque cuncta unius sunt Amphitruonis. Haec igitur postrema oratio, sive antistrophica fuerit, sive non fuerit, ad antecedens quidem antistrophicum systema non videtur pertinuisse. Quae si vere disputavimus, ad legitimum antistrophici systematis ambitum manifesto nonnulla desiderantur.

στρ. ς'. In libris est ἱκετεύω μέν. Hermannus dedit ἱκετεύομεν γάρ, atque post ἀμφὶ σὰν lacunae signum posuit. Sed hic quidem in medio trimetro integraque sententia lacunam non magis admiserim, quam supra intra ἑκατογκεφάλε βαφαῖς et ὕδρας. Nec assentior Hermanno in iis, quae de formis dochmiacis in sua huius carminis descriptione novavit.

v. 2 et 3. Facile hic atque in sequentibus corruptelae adhuc possunt latere, sed ambigua correctio est.

v. 5. Hunc trimetrum non ausus sum tentare. Vid. supra p. 250. Etiam γὲ post θυμὸν defendi posse puto. Pro ὅπως Schaefero in mentem veniebat ὅτῳ, cui simile esset Hel. 1658.

ἐπίσχες ὀργὰς, αἷσιν οὐκ ὀρθῶς φέρει.

XXXI.

Ad p. 67. — Eur. Bacch. v. 1167—1197. Ita legendum et distinguendum existimo:

στροφή.

ΑΓΑΥΗ.

1. Ἀσιάδες Βάκχαι.

ΧΟΡ.

τί με δὴ ὀρθοῖς, ὦ.

ΑΓΑΥΗ.

2. φέρομεν ἐξ ὀρέων

3. ἕλικα νεότομον ἐπὶ μέλαθρα
4. μακάριον θήραν.

XOP.

5. ὁρῶ γε, καί σε δέξομαι σύγκωμον, ὦ.

ΑΓΑΥΗ.

6. ἔμαρψα τόνδ' ἄνευ βρόχων
7. * * * * *
8. νέον λῖν, ὡς ὁρᾷν πάρα.

XOP.

9. πόθεν ἐρημίας;

ΑΓΑΥΗ.

10. Κιθαιρών–

XOP.

τί Κιθαιρών;

ΑΓΑΥΗ.

11. κατεφόνευσέ νιν.
12. τίς ἁ βαλοῦσα πρῶτα γ'; ἐμὸν τὸ γέρας·
13. μάκαιρ' Ἀγαύη κληζόμεθ' ἐν θιάσοις·
14. τίς ἄλλα; τὰ Κάδμου –

XOP.

τί Κάδμου;

ΑΓΑΥΗ.

γένεθλα

15. μετ' ἐμὲ, μετ' ἐμὲ τοῦδ' ἔθιγε θηρός;

XOP.

εὐ-

16. τυχεῖς τᾷδ' ἄγρᾳ.

τίνα θροεῖς αὐδάν; Eur. Orest. 1248. Hippol. 571. Troad. 1239.

τίνα τύχαν εἴπω; Orest. 154.

τί με βρόχων εἴργεις; Androm. 846.

quam primitiva dochmii forma:

τίν' αὐδὰν θροεῖς;
τίν' εἴπω τύχαν;
τί μ' εἴργεις βρόχων;

v. 2. Vid. supra p. 155. Possint etiam numeri sic distingui:

φέρομεν ἐξ ὀρέων ἕλικα νεότομον ἐ-
πὶ μέλαθρα — μακάριον θήραν.

ant.

νέος ὁ μόσχος ἄρτι γένυν ὑπὸ κό-
ρυθ' ἁ-
παλότριχα — κατάκομον βάλλει.

v. 4. Recte Heathius aliique lectionem θήραν restituerunt. Neque enim dochmiaci cum senariis iambicis per apostrophum solent copulari.

v. 6. seqq. Vid. Brunck.

v. 12. seqq. Personae vulgo sic distribuuntur:

ΧΟΡ. τίς ἁ βαλοῦσα πρῶτά γε;
ΑΓ. ἐμὸν τὸ γέρας.
ΧΟΡ. μάκαιρ' Ἀγαύη.
ΑΓ. κληζόμεθ' ἐν θιάσοις.
τίς ἄλλα τὰ Κάδμου.

Extremum etiam versum, Heathio auctore, ita divisit Brunckius, ut verba τίς ἄλλα

Choro tribueret. Quam falsam esse personarum rationem, monere editores poterat antistropha, in qua haec omnia unius personae sunt. Atqui in hoc carmine primo statim intuitu apparet, personam eidem eandem semper poetam opposuisse. Nam de fine strophae vid. supra p. 247. coll. 319. Omnes igitur hos versus ad Agavae personam retulimus. Idque sensus etiam manifesto flagitat. Agave cum sororibus Pentheum ita trucidaverant, ut Agave prima in eum irrueret, sorores exemplum eius sequerentur. Quae singula quomodo accidissent, quum adhuc ignoraret Chorus, vix potuit quaerere:

τίς ἁ βαλοῦσα πρῶτά γε;

Nam unde suspicari poterat, non uno impetu atque ab una Pentheum, cuius abscissum tantum caput videbant, interfectum esse? Immo vesana mulier prae gaudio exsultans ipsa interrogando respondendoque rem a se gestam enarrat. Hoc modo etiam in sequentibus nihil est, in quo offendas. Nam licet v. 14. plene dicendum fuisset τὰ ἄλλα Κάδμου γένεθλα, quippe quod ipsa quoque Agave Cadmi filia erat, ex adiectis tamen verbis μετ' ἐμὲ facile intelligitur, sorores tantum suas Agaven dicere. Quae omnia quum nondum satis perpendissem, falsam supra p. 176. personarum distinctionem secutus sum.

ἀντ. v. 5. Iam Tyrwhittus vidit, hunc versum choro tribuendum esse.

v. 7. Eleganter Reiskius coniecit σοφὸς σοφάς. Malim tamen σοφὰς σοφός.

v. 15. Aldus *μεγάλα μεγάλα φανερὰ καὶ τάδ' ἔργα κατειργασμένα*, quae non minus ad metrum quam ad sententiam confusa sunt. Coniecturae igitur locus dandus est. Brunckius: *μεγάλα μεγάλα, καὶ φανερὰ δὴ τάδ' ἔργ' ἐπειργασμένα.* Equidem literarum vestigia paulo magis premere studui.

XXXII.

Ad p. 68. — Eur. Electr. 1147 — 1171. Etiam in hoc carmine aliquot vitia tollenda sunt. Lego equidem sic:

ϛροφή.

ΧΟΡ.

1. *Ἀμοιβαὶ κακῶν· μετάτροποι πνέου-*
2. *σιν αὖραι δόμων. τότε μὲν ἐν λουτροῖς*
3. *ἔπεσεν ἐμὸς ἐμὸς ἀρχέτας,*
4. *ἰάκχησε δὲ ϛέγα, λάϊνοί*
5. *τε θριγκοὶ δόμων, τάδ' ἐνέποντος· ὦ*
6. *σχέτλια, τί με, γύναι, φονεύεις; φίλαν*
7. *πατρίδα δεκέτεσιν ἐν σποραῖ-*
8. *σιν ἐλθόντ' ἐμάν;*

ἀντιϛροφή.

1. *παλίῤῥους δὲ τάνδ' ὑπάγεται δίκα*
2. *διαδρόμου λέχους μελέαν· ἃ πόσιν*
3. *χρόνιον ἱκόμενον εἰς οἴκους*
4. *Κυκλώπειά τ' οὐράνια τείχε' ὀ-*
5. *ξυθήκτῳ βέλει ˘κανʼ ἔκανʼ αὐτόχειρ,*
6. *πέλεκυν ἐν χεροῖν λαβοῦσα. τλάμων*

7. ὁ πόσις, ὅτι ποτὲ τὰν τάλαι-
8. ναν ἔσχεν κακόν.

ϛϱ. v. 2. Post μὲν adieci ἐν metri causa, absorptum illud ab ipso vocabulo praecedente.

v. 3. Recte haec respondent antistrophicis. Vid. supra p. 153.

v. 4. Scripsi ἰάκχησε pro ἰάχησε. Vid. supra p. 263. Musgravius pro ϛέγα coniicit ϛέγεα, vere fortasse, sed alterum ϛέγα metro neutiquam adversatur.

v. 5. Vulgo ἐννέποντος. Illud iam Musgravius restituendum esse vidit.

v. 6. Editur σχετλία. Quod dedimus, voluisse etiam videtur Heathius. Vid. supra p. 108.

ἀντιϛϱ. v. 2. Vid. supra p. 108. Iam tamen minus displicet μέλεον. Cf. Hel. 347.

v. 3. Vid. supra p. 12.

v. 6. Producitur ultima in λαβοῦσα sequente τλάμων, quam productionem ipsa exclamatio videtur aliquanto fecisse ad aures leniorem. Cf. supra p. 21. Quamquam scripsit fortasse Euripides λαβοῦσ᾽· ἃ τλάμων.

v. 7. Articulus ὁ vulgo deest. Vid. supra p. 155.

v. 8. κακὸν minime tentandum. Sequitur Epodus, in qua praeter interpunctionem male positam post ὀργάδων nihil in Barnesiana editione vitii admissum video; sed aliquot versibus post colloquium Orestis et Electrae plurimis mendis adhuc laborat. Est enim

illud carmen totum antistrophicum mea sententia sic restituendum:

στροφὴ α΄.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

1. Ἰὼ γᾶ καὶ Ζεῦ,
2. βροτῶν πανδερκέτα,
3. ἴδετ' ἴδετε τάδ' ἔργα φόνια
4. μυσαρά, δίγονα σώματ' ἐν
5. χθονὶ κείμενα, πλαγᾷ
6. χερὸς ὑπ' ἐμᾶς, ἄποιν' ἐμῶν πημάτων.
7. * * * * *
8. * * * *

ΗΛΕΚΤΡΑ.

9. δακρύτ' ἄγαν, ὦ σύγγον'· αἰτία δ' ἐγώ.
10. διὰ πυρὸς ἔμολον ἁ τάλαινα ματρὶ τᾷδ',
11. ἅ μ' ἔτικτε κούραν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

12. ἰὼ τύχας,
13. τᾶς σᾶς τύχας, ἰὼ τεκοῦσα μᾶτερ
14. ἄλαστα μελέα, καὶ πέρα παθοῦσα γε
15. σῶν τέκνων ὕπαι·
16. πατρὸς δ' ἔτισας φόνον δικαίως.

ἀντιστροφὴ α΄.

1. ἰὼ ἰώ μοι, Φοῖβ',
2. ἀνύμνησας δίκαν,
3. ἄφατα φανερὰ δ' ἐξέπραξας
4. ἄχεα, φόνια δ' ὤπασας
5. λέχε' Ἑλλάδος ἐκ γᾶς.

6. τίνα δ' ἑτέραν μόλω πόλιν; τίς ξένος,
7. τίς εὐσεβὴς ἐμὸν κάρα προσάψεται
8. ματέρα κλανόντος;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

9. Ἰὼ ἰώ μοι· ποῖ δ' ἐγώ; τίν' εἰς χορὸν,
10. τίνα γάμον εἶμι; τίς πόσις με δέξεται
11. νυμφικὰς ἐς εὐνάς;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

12. πάλιν πάλιν
13. φρόνημα σὸν μεταστάθη πρὸς αὖραν.
14. φρονεῖς γὰρ ὅσια νῦν, τότ' οὐ φρονοῦσα γ' εὖ·
15. δεινὰ δ' εἰργάσω,
16. φίλα, κασίγνητον οὐ θέλοντα.

στροφὴ β'.

1. Κατεῖδες, οἷον ἁ τάλαιν' ἑῶν πέπλων
2. ἔβαλεν, ἔδειξε μαστὸν ἐν φοναῖσιν;
3. ἰώ μοι, πρὸς πέδῳ
4. τιθεῖσα γόνιμα μέλε', ἐτακόμαν δ' ἐγώ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

5. σάφ' οἶδα, δι' ὀδύνας ἔβας,
6. ἰήϊον κλύων γόον
7. ματρὸς, ἅ σ' ἔτικτεν.

ἀντιστροφὴ β'.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

1. βοὰν δ' ἔλασκε τάνδε πρὸς γένυν ἐμὰν
2. τιθεῖσα χεῖρας, τέκος ἐμὸν, λιταίνω.

3. παρήδων τ' ἐξ ἐμᾶν
4. ἐκρήμναθ', ὥςε χέρας ἐμὰς λιπεῖν βέλος.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

5. τάλαινα· πῶς ἔτλας φόνον
6. δι' ὀμμάτων ἰδεῖν σέθεν
7. ματρὸς ἐκπνεούσας;

ςροφὴ γ'.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

1. ἐγὼ μὲν ἐπιβαλὼν φάρη κόραις ἐμαῖς
2. φασγάνῳ κατηρξάμαν,
3. ματέρος ἔσω δέρας μεθείς.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

4. ἔγωγε δ' ἐπεκέλευσά σοι,
5. ἅμα τ' ἐφαψάμαν ξίφους.
6. δεινότατον παθέων ἔρεξα·

ἀντιςροφὴ γ'.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

1. λαβοῦ, κάλυπτε μέλεα ματέρος πέπλοις,
2. καὶ καθάρμοσον σφαγάς.
3. φονέας ἔτικτες ἆρά σοι.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

4. ἰδοὺ, φίλα τε κοὐ φίλα
5. φάρεά γ' ἀμφιβάλλομεν,
6. τέρμα κακῶν μεγάλων δόμοισιν.

ςρ. α'. v. 2. Vulgo πανδερκέτα βροτῶν.

v. 3. Alterum ἴδετ' in libris abest.

v. 7. Lacunam indicat antistropha.

v. 10. Pro μητρὶ dedi ματρὶ, quam formam in hoc carmine librarii ter servarunt, quater neglexerunt.

v. 12. Haec Oresti tribuenda esse monet antistropha.

v. 13. Editiones σᾶς τύχας, μᾶτερ τεκῦσ'. Sed τᾶς σᾶς Musgravii MSS. omnes. Eadem corruptela liberavimus Medeae versum 1255. supra p. 291.

v. 14. Male γε collocatur ante παθῦσα.

ἀντ. α'. v. 1. Vulgo ἰὼ, Φοῖβ', truncatis numeris. Defectum non uno modo expleas. Metro, quippe dochmiaco, etiam satisfaceret ἰὼ Φοῖβ' ἄναξ, quae ultima vox librarium eo facilius poterat fallere, quod proximum vocabulum ἀνύμνησας iisdem litteris incipit.

v. 4. Editiones φοίνια.

Ibid. ὤπασας i. e. ἐδίωξας, ut recte admonet Heathius. Hom. Iliad. θ'. 341.

ὣς Ἕκτωρ ὤπαζε καρηκομόωντας Ἀχαιὺς.

coll. Iliad. ε'. 334. ρ'. 462. Quam verbi significationem, scribendi, opinor, errore, ut dubiam profert Schneiderus. Cum Eustathio, qui explicat κατόπιν διώκω, faciunt veteres enarratores omnes, Hesychius vv. ὀπάζει, ὄπαζε, κατοπάζων, ὤπαζεν. Suid. v. ὀπάζει. Zonaras v. ὤπαζε. p. 1889. Photius v. ὀπάζει. Etym. M. vv. ὀπαδὸς et ὀπάζω.

v. 5. λέχε' Ἑλλάδος ἐκ γᾶς. Libri λέχε' ἀπὸ γᾶς τᾶς Ἑλλανίδος. Quae extrema glossae videntur originem debere. Emendavi indicio metri strophici. Possis etiam reponere simplicem genitivum Ἑλλάδος αἴας. Hom. Odyss. σ'. 8.

ὅς ῥ' ἐλθὼν Ὀδυσῆα διώκετο οἷο δόμοιο.

v. 9. Vulgo ἰώ μοί μοι. In fine χορὸν Musgravius ex duobus MSS. qui iidem v. 14. Barnesii coniecturam φρανεῦσά γ' εὖ confirmant.

v. 16. Male libri οὐκ ἐθέλοντα.

στρ. β'. v. 1. Vid. Herm. de Ellips. et Pleonasmo p. 142. Pro ἑῶν in mentem venerat legendum ἔξω aut saltem ἑόν; nam languere certe mihi videtur ἑῶν.

v. 2. Libri φοναῖς.

v. 3. Hic iterum editiones ἰώ μοί μοι.

v. 4. Emendavimus hunc locum in Epist. ad Lobeck. p. 438. Vulgo μελέα τὰν κόμαν δ' ἐγώ.

ἀντ. β'. v. 2. Libri χέρας. Possis etiam transponere χέρας τιθεῖσα, vel τιθεῖσα χέρας, ἐμὸν τέκος, λιταίνω.

v. 3. Vulgo παρηΐδων.

v. 5. Male haec Choro tribuuntur. Post πῶς videtur excidisse δέ.

στρ. γ'. v. 1. Legitur ἐμαῖσι.

v. 4. Vulgo ἐγὼ δ' ἐπεκέλευσά σοι, sed, quod dedimus, habet MS. γ'. Musgravii. Ceterum

vid. Porson. ad Orest. v. 1233. qui etiam hic ἐγὼ δέ γ' praetulerit.

v. 5. Transposui librorum lectionem ξίφεσ τ' ἐφαψάμην ἅμα, scripsique ἐφαψάμαν, ut paulo ante legimus κατηρξάμαν.

v. 6. Etiam haec Chori personae adsignantur, scribiturque in fine ἔρεξας.

ἀντ. γ'. v. 1. Oresti haec tribuenda sunt. In libris personae nota interiit.

v. 2. Ante καθάρμοσον addidi καί.

v. 4. Bene Reiskius ex φίλαι τε κεὶ φίλαι fecit φίλα τε κεὶ φίλα.

XXXIII.

Ad p. 142. — Eur. Troad. 1226 — 1239. in strophas et antistrophas hoc modo redegerim:

στροφή.

ΕΚΑΒΗ.

1. αἶ αἶ.

ΧΟΡ.

πικρόν γ' ὄδυρμα.

ΕΚΑΒΗ.

2. γαῖά σ', ἰὼ τέκνον, δέξεται.

ΧΟΡ.

στέναζ', ὦ μῆτερ-

ἀντιστροφή.

ΕΚΑΒΗ.

1. αἶ αἶ.

ΧΟΡ.

νεκρῶν ἴακχον.

ΕΚΑΒΗ.

2. ἰώ μοι.

ΧΟΡ.

οἴμοι δῆτα σῶν ἀλάστων κακῶν.

στροφή. Aliam vulgo sequuntur personarum distributionem.

v. 1. Vulgo quater αἶ αἶ αἶ αἶ. — Paulo post metri causa post πικρὸν addidi γ'.

v. 2. Ex ὦ feci ἰὼ, et pro στέναζε scripsi στέναζ', ὦ.

ἀντιστρ. Hic quod personas attinet, nihil mutatum est.

v. 1. ἴαχον mutavi in ἴακχον. Vid. supra p. 263. coll. 275.

v. 2. Vulgo ἰώ μοί μοι.

Quae paulo post leguntur tribus trimetris interiectis, sic lego:

στροφή.

ΧΟΡ.

1. ἄρασσ' ἄρασσε κρᾶτα
2. πιτύλους διδοῦσα χειρός· ἰώ μοί μοι.

ἀντιστροφή.

ΕΚΑΒΗ.

1. ὦ φίλταται γυναῖκες.

ΧΟΡ.

2. Ἑκάβη, σάφ' ἔνεπε, τίνα θροεῖς αὐδάν;

στρ. v. 1. Eieci χειρὶ post ἄρασσε non magis ob metrum quam ob sequens χειρός.

ἀντ. v. 2. Pro σάφ' legitur σάν. Emendavit Musgravius. Ex ἔννεπε feci ἔνεπε.

EXCURSUS.

DE DACTYLO ET TRIBRACHO IN QUINTA SENARII IAMBICI SEDE.

De dactylo et tribracho in quinta senariorum sede iam quaedam disputaverunt Porsonus et Hermannus in suis ad Euripidis Hecubam praefationibus. Ac recte quidem ab his animadversum est, Comicos Graecos promiscue sive dactylum sive tribrachum, Tragicos solum tribrachum, nunquam dactylum, in quintum senarii locum admisisse. Illud autem nondum explicatum est, utrum nihil plane attineat, quocunque demum modo pedes isti quintam senarii sedem teneant, an certa tantum lege et quanam ea in illam accipiantur. De qua quaestione quae observasse nobis videmur, breviter hic exponemus, promissum simul praestantes, quod supra dedimus p. 194.

Ac primum quidem, quod isto loco iam commemoratum est, diligentior exemplorum comparatione me docuit, scenicos poetas tribrachum dactylumque in quinta senarii sede ita praesertim tolerabilem offensionisque suae expertem iudicasse, si cum ipsa quinti pedis arsi soluta novum vocabulum inciperet. Quam regulam non Tragici magis quam Comici secuti sunt, inter quos id tantum discriminis intercedit, quod, ut monitum est, dactylo Tragici in quinto loco plane

abstinuerunt. Maxime autem omnium id placuisse video, ut senarius, qui tribrachum dactylumve in quinta sede haberet, in quadrisyllabum vocabulum desineret, quarti paeonis sive proceleusmatici mensuram habens. Aliquanto rariora, quamquam satis multa, ea senariorum exempla sunt, in quibus quinti pedis arsis ita solvitur, ut novum quidem cum hac arsi vocabulum incipiat, reliqua tamen versus pars non unum, sed plura vocabula complectatur. Longe maiorem utriusque generis exemplorum vim Comoedia continet. Prius maxime genus ita frequentavit Aristophanes, ut singulis ferme paginis aliquoties usurparet: quod qui volet, facili negotio poterit cognoscere. Sed alterius etiam generis apud Comicos tam creber usus est, ut huius quoque vel unum exemplum afferre pigeat. Tanto diligentius, quae ex Tragicis exempla enotavimus, enumeranda censemus.

Initium igitur faciant ii senarii, qui quadrisyllabo vocabulo terminantur, quos in genera aliquot collectos proponam. Aeschyl. Eumen. 767.

ἐγὼ δ' ἄτιμος ἡ τάλαινα βαρύκοτος.

Soph. Philoct. 1302. πολέμιος. Eur. Bacch. 751. πολέμιοι, coll. trochaeis Phoeniss. 618. et Ion. 1284. Orest. 961. μακάριοι. Troad. 1170. μακάριον. Hel. 518. βασιλέα. Ibid. 1042. βασιλέως. Hercul. Fur. 182. βασιλέων. Ion. 616. θανασίμων. Ibid. 1541. λεγόμενος. Hel. 997. τρεπόμενος. Fragm. Inc. CVIII. ἐγένετο. *)

*) Fragmentum tamen Incert. LXXVI. depromtum ex Stobaei Serm. CXIII. p. 585. (Floril. Tit. CXVI. p. 477.)

Soph. Philoct. 1327.

Χρυσῆς πελασθεὶς φύλακος, ὅς τὸν ἀκαλυφῆ.

τηρεῖν μὲν ἑτέρους οἱ γέροντες δυνάμεθα,
ἡμεῖς δ' ἀπολαβεῖν, ὧν ἔχουσιν οἱ νέοι,

in quo recte *ἀπολαύειν* pro *ἀπολαβεῖν* correctum videtur, non Euripidis, sed Comici cuiusdam esse arbitror, fortasse Eupolidis. Est enim dactylus in quinta sede, qualem in Euripide frustra quaeras. Nam quem in Heracl. v. 404. Scaliger et Barnesius male intulerant, eum recte Musgravius rursus expulit. — Atque ipsum illud verbum in fine senariorum crebro a Comicis usurpatum invenias. Incertus Comicus in Grotii Excerpt. p. 927.

Ζῶμεν καὶ οὐχ ὡς θέλομεν, ἀλλ' ὡς δυνάμεθα.

ubi pro *καὶ* lege *γάρ*. Ibid. p. 933.

πάντες καλῶς ζῆν θέλομεν, ἀλλ' οὐ δυνάμεθα.

Diodorus Sinopensis in Epiclero apud Athenaeum p. 239. e.

ἐκλεγόμενοι, τοὺς δὲ κολακεύειν δυναμένους.

Menander apud Stobaeum Serm. LXVI. p. 418. (Floril. Tit. LXVIII. p. 279.)

τὸ μέρος ἁπάντων, τῶν δ' ἀγαθῶν οὐ δυνάμενος.

In Eupolidis Fragmento Athen. p. 623. e. (Grotii Excerptt. p. 507.) legendum videtur:

ἄνδρες φίλοι,
καὶ μουσικὴ πρᾶγμ' ἐστὶ βαθὺ καὶ καμπύλον,
ἀεί τε καινὸν τοῖς ἐπινοεῖν δυναμένοις
ἐξευρέ τι.

Quamquam, si tetrametri acatalectici usus in Graeca Comoedia certus esset, ita potius legerim:

ἄνδρες φίλοι, καὶ μουσικὴ πρᾶγμ' ἐστὶ βαθὺ καὶ καμπύλον,
ἀεί τ' ἐφευρίσκει τι καινὸν τοῖς ἐπινοεῖν δυναμένοις.

Legitur *βαθύ τι καὶ* et *καινὸν ἐξευρίσκει τι.* Ceterum ex huius fragmenti verbis *ἀεί τε καινὸν* proximi Anaxilae versus:

ἡ μουσικὴ δ' ὥσπερ Λιβύη πρὸς τῶν θεῶν
ἀεί τι καινὸν κατ' ἐνιαυτὸν τίκτει θηρίον,

videntur vitii aliquid contraxisse. Deleto *ἀεί*, quo facile caremus, quum sequatur *κατ' ἐνιαυτὸν*, legendum puto:

καινὸν κατ' ἐνιαυτόν τι τίκτει θηρίον.

Eur. Orest. 517. ἀνοσίυς. Hel. 1060. ἀνόσιον. Cyclop. 347. ἀνοσίυ. Eur. Suppl. 379. ἀδικίᾳ. Cycl. 172. ἀμαθίαν.

Eur. Phoeniss. 512.

ἀνανδρία γὰρ, τὸ πλέον ὅϛις ἀπολέσας.

Hel. 894. διολέσω. Hec. 1271. ἀναμένει. Androm. 445. ἀναμένει. Alcest. 529. ἀναβαλῦ. Iphig. Taur. 23. ἀναφέρων. Cyclop. 239. καταβαλεῖν. Ibid. 673. κατέκλυσεν. Phoeniss. 497. περιπλοκάς. Ibid. 1085. περιβολαί. Iphig. Aul. 632. περιβαλῶ. Bacch. 1245. παρακαλεῖς. Bacch. 272. διαγελᾷς. Ibid. 322. διαγελᾷς. Ibid. 484. διάφοροι. Ibid. 1049. διάβροχον. Hercul. Fur. 76. διαφέρω. Ibid. 635. διάφοροι. Fragm. Inc. CXXXI. legendum videtur σοφοῖσιν ἀπόκρισις. Hel. 1072.

χέρσῳ καλύπτειν τὺς θανόντας ἐναλίυς.

Orest. 1605.

τίς δ' ἂν προςείποι σ', ὅϛις ἐϛὶ φιλοπάτωρ.

Hel. 1562. κενοταφεῖ. Ion. 1001. νεογόνῳ. Iphig. Taur. 985.

ὡς τἄμ' ὄλωλε πάντα, καὶ τὰ Πελοπιδῶν.

Troad. 996. Μενέλεω. Hel. 122. Μενέλεως. Orest. 1481. Πριαμίσιν.

Ex altero genere, in quibus quadrisyllabum

vocabulum in versus fine non est, Tragoedia haec exempla habet. Aeschyl. Suppl. 262.

ὑγρᾶς θαλάσσης τῶνδε τἀπὶ τάδε κρατῶ.

quamquam hic quidem locus, ut apertis corruptelis inquinatus, ceteris minus probat. Eiusdem fidei est Sophocl. Oedip. R. 684.

ἀμφοῖν ἀπ' αὐτοῖν; – ναιχί – καὶ τίς ὁ λόγος ἦν;

in cuius Brunckianae lectionis locum meliorem aliam Erfurdtius substituit. Ibid. 763.

κἄπεμψ' ἐγώ νιν, ἄξιος γὰρ ὅδε γ' ἀνήρ.

Ibid. 967.

κτανεῖν ἔμελλον πατέρα τὸν ἐμὸν, ὁ δὲ θανών.

Soph. Electr. 142.

κακᾷ τε χειρὶ πρόδοτον. ὡς ὁ τάδε πορών.

Eur. Iphig. Aul. 844.

θαύμαζ', ἐμοὶ γὰρ θαύματ' ἐστὶ τὰ παρὰ σοῦ.

Ibid. 1247.

ναὶ πρὸς γενείου σ' ἀντόμεθα δύο φίλω.

Aeschyl. Pers. 500.

στρατὸς περᾷ κρυσταλλοπῆγα διὰ πόρον.

quem versum vereor ut iure tentaverit Porsonus ad Hec. p. XXVIII. ed Angl. Eur. Iphig. Aul. 1415.

εἰ μή σε σώσω, Δαναΐδαισι διὰ μάχης.

Bacch. 1259.

ἀλγήσετ' ἄλγος δεινόν. εἰ δὲ διὰ τέλους.

Troad. 316.

γόοισι τὸν θανόντα πατέρα πατρίδα τε.

Eur. Suppl. 575.

τιμόπτολις κρανεῖ ποτ' ἄρα· φίλιά μοι.

Fragmentum Incert. 14. p. 496. ed. Barn. Lips. quod in nonnullis Stobaei libris Euripidi tribuitur, in quo hic versus est:

ἡμῶν δ' ὅσα καὶ τὰ 'σώματ' ἐστὶ τὸν ἀριθμὸν,

minime Euripidis est, sed haud dubie Philemonis.

Iam principe regula, quam Tragici Comicique Graeci, ubi tribrachum dactylumve in quinta senarii sede ponerent, secuti sunt, constituta, atque, quantum quidem necesse fuit, firmata, ad eos locos transgredimur, in quibus regulam illam utrique deseruerunt. Sunt illi quidem haud pauci, sed, quod bene notes, longe maiori eorum parti hoc est commune, ut in quinti pedis arsi vel vocales habeant ια sive ιο vel consonam ρ. Harum igitur litterarum pronuntiationem habuisse aliquid coniicias, unde communis regulae violatio commode veniam inveniret. En locos ipsos. Aeschyl. Eumen. 783.

ἀλλ' ἐκ Διὸς γὰρ λαμπρὰ μαρτύρια παρῆν.

Eiusd. Fragm. apud Stobaeum Serm. XCVI. p. 530. (Floril. p. 409.)

τὸ γὰρ βρότειον σπέρμ' ἐφημέρια φρονεῖ. *)

Soph. Aiac. 459.

ἔχθει δὲ Τροία πᾶσα καὶ πεδία τάδε.

quem versum Hermannus ad Hec. p. XXXIX. correctum volebat, eamque correctionem Lobeckio probavit. Sed nihil mutatione opus. Eiusd. Electr. 142.

ἐν οἷς ἀνάλυσίς ἐστιν οὐδεμία κακῶν.

Ibid. 326.

Χρυσόθεμιν, ἔκ τε μητρὸς ἐντάφια χεροῖν.

Aristoph. Acharn. 812.

πόσου πρίωμαί σοι τὰ χοιρίδια; λέγε.

Ibid. 830.

θάῤῥει, Μεγαρίκ'· ἀλλ' ἧς τὰ χοιρίδι' ἀπέδου.

Antiphanes Athenaei p. 643. e. (Grot. Excerptt. p. 631. ubi sine causa Grotius librorum lectionem deseruit.)

ποιοῦσιν ἐμπλέκοντες ἀλλότρια μέλη.

Menander Stobaei Floril. p. 353. Serm. LXXXVI. p. 450.

---

*) Hoc fragmentum Michael Apostolius Proverb. Cent. XIX. 19. Philemonis fragmento, cui concinere sententiis videretur, suo, opinor, Marte adiunxit. Clericus, quem tragicus versuum color non fefellit, cuius tamen Tragici essent, ignoravit. Vid. Menandri et Philem. Reliquias p. 322., ubi idem male edidit ἐφήμερα, quum recte apud Michael. Apost. legeretur ἐφημέρια.

χαλεπόν γε θυγάτηρ κτῆμα καὶ δυςδιάθετον.

Soph. Antig. 418.

τυφὼς ἀείρας σκηπτὸν, οὐράνιον ἄχος.

Eiusd. Fragm. Cedalion. Satyr. III. apud Athenaeum p. 164.

μαςιγίαι, κέντρωνες, ἀλλοτριοφάγοι.

Aristoph. Thesmoph. 255.

σύζωσον ἀνύσας – αἶρε νῦν ςρόφιον – ἰδού.

Ibid. 1172.

ἐμὸν ἔργον ἐςίν· καὶ σὸν, ὦ 'λάφιον, ὃ σοι.

Ecclesiaz. 410.

αὐτός γε μέντ' οὐ 'φασκεν ἱμάτιον ἔχειν.

Nub. 197.

αὐτοῖσι κοινώσω τι πραγμάτιον ἐμόν.

Equit. 1156.

ἐγὼ δὲ προςδοκῶν γε τριςμυριόπαλαι.

Acharn. 1097.

παῖ, παῖ, φέρ' ἔξω δεῦρο τὸν γύλιον ἐμοί.

Eiusd. Fragm. Anagyr. XV. ex Polluc. IX. 64.

ἐν τῷ στόματι τριημιωβόλιον ἔχων.

Consonam ρ in eadem quinta arsi soluta legas his locis. Aeschyl. Eum. 470.

τοιαῦτα μὲν τάδ' ἐςίν· ἀμφότερα, μένειν,
πέμπειν δὲ, δυςπήμαντ' ἀμηχάνως ἐμοί.

Soph. Oed. R. 1496.

τί γὰρ κακῶν ἄπεςι. τὸν πατέρα πατὴρ
ὑμῶν ἔπεφνε.

His duobus locis fortasse etiam vis quaedam fuit interpunctionis proxime praecedentis. Cf. quem statim citabimus Aristophanis Lysistratae versum 947. — Eur. Cyclop. 593.

χώρει δ' ἐς οἴκους, πρίν τι τὸν πατέρα παθεῖν.

Aristoph. Lysistr. 947.

λαβὲ τόνδε τὸν ἀλάβαςρον· ἀλλ' ἕτερον ἔχω.

Eiusd. Eccles. 853.

οὐκ οἶδ' ὅ τι ληρεῖς. φέρε σὺ τἀναφόρον ὁ παῖς.

Hinc defendi quodam modo possit etiam Ran. 64.

ἆρ' ἐκδιδάσκω τὸ σαφὲς, ἢ ἑτέρα φράσω.

Sed legendum hic puto ἢ 'τέρα φράσω. Vett. Edd. ἢ 'τέρα, Codd. ἢ ἕτερα, et Scholiastes ἢ ἄλλῳ τινὶ ὑποδείγματι φράσω. Corruptus etiam est versus Philemonis apud Stobaeum Floril. p. 127. Serm. XXIX. p. 197.

ὡς ἡδέως μοι γέγονε τὰ πρότερα κακά.

ubi legendum τὰ πρότερον κακά.

Apud Tragicos quidem praeter hos ipsos locos, quos hactenus laudavimus, equidem nullos inveni, qui tribrachum in quinta senarii sede haberent, praeter Eur. Androm. 490. de quo deinde dicetur. Nam in vanum afferuntur Aeschyl. Suppl. 389.

νόμῳ πολέως φάσκοντες ἐγγύτατα γένους.

et Soph. Oed. R. 719.

ἔῤῥιψεν ἄλλων χερσὶν εἰς ἄβατον ὄρος.

quem utrumque locum certa coniectura correxit Hermannus ad Hecubam p. XXXIX. alterum sic:

νόμῳ πόλεως ἐγγύτατα φάσκοντες γένους εἶναι.

alterum cum Musgravio sic:

ἔῤῥιψεν ἄλλων χερσὶν ἄβατον εἰς ὄρος.

Verum enim utique est, vix dubitari posse, quin sic potius poetae scribere maluerint, maxime quum, quod alterum locum attinet, Aeschylus ipse Prom. in. dixerit:

Σκύθην ἐς οἶμον, ἄβατον εἰς ἐρημίαν.

Transeo ad Comicos, qui, ut alias, ita hic quoque maiorem quandam sibi numerorum libertatem arrogarunt. Apud hos enim profecto reperiuntur aliquot loci, qui ad ea genera, quae hactenus tractavimus, referri non possunt. Sed sunt ii tamen satis rari, atque omnes, vix uno alterove, quorum adeo auctoritas in dubitationem vocari potest, excepto, habent aliquid, unde insoliti numeri offensio aut plane diluatur, aut lepore quodam compensetur. Primum enim quinti pedis arsin Comici interdum solverunt in medio vocabulo longiori, cuius quidem ambitu tota

extrema senarii dipodia comprehenderetur. — Ita Aristoph. Equit. 946.

σὺ δ', ὦ Παφλαγὼν, φάσκων φιλεῖν μ' ἐσκορόδισας.

Ibid. 1055.

ἐγὼ δὲ δεκάπαλαί γε καὶ δωδεκάπαλαι.

Vesp. 1186.

ποίους τινὰς δὲ χρὴ λέγειν; μεγαλοπρεπεῖς.

Acharn. 480.

οἴμοι κακοδαίμων, ὡς ἀπόλωλ'. ἐπελαθόμην.

Tales numeros facile sentis satis leniter ad aures accidere. Etiam in manco Apollodori trimetro apud Stobaeum Serm. XLIV, p. 305, Floril. p. 178.

ἐκ παιδὸς αὐτοῦ πρός τι καταθέμενος,

quicquid exciderit, vox καταθέμενος versum videtur terminasse.

Minus etiam offensionis est longioribus in nominibus propriis, ut Pac. 1046.

μάντις τις ἐστιν· οὐ μὰ Δί', ἀλλ' Ἱεροκλέης.

quocum conferri potest tetrameter trochaicus Vesp. 342.

τοῦτ' ἐτόλμησ' ὁ μιαρὸς χανεῖν ὁ Δημολογοκλέων.

Nam vix in his nominibus propriis producta est bre-

vis syllaba ante consonas κλ. Cf. Acharn. 774. Vesp. 134. 135. Av. 281. Nub. 46. 124. 213.

Longius etiam vocabulum simili modo in senarii fine posuit Menander Stob. Flor. p. 285. et 455. Serm. LXVII. p. 421.

ἀεὶ τὸ λυποῦν, μηδὲν ἀντιπαρατιθεὶς·

cuius tamen compositi vocabuli potior pars cum ipsa soluta arsi incipit.

Horum exemplorum similitudinem quandam habent ea, ubi in fine senariorum particulae quaedam sunt, quae natura sua proximo vocabulo arcte se adiungunt et cum hoc quasi unum vocabulum efficiunt, ut Aristoph. Vesp. 163.

μὰ τὸν Ποσειδῶ, Φιλοκλέων, οὐδέποτέ γε.

Ibid. 908.

ἄνδρες δικασταὶ, τουτονί. δεινότατα γὰρ
ἔργων δέδρακε.

Indidem, erunt fortasse, quibus excusandus videatur Aristoph. Plut. 452.

ἀλλ' ἢ τις εἶ, λέγειν σ' ἐχρῆν αὐτίκα
μάλα.

sed melius haudddubie scribitur hic μάλ' αὐτίκα. Ita Thesmoph. 750.

αὕτη δ' ἀποσφαγήσεται μάλ' αὐτίκα.

Ordinem harum particularum versus moderatur. Inversas legimus Lysistr. 739.

ἔγωγ' ἀποδείρασ' αὐτίκα μάλ' ἀπέρχομαι.

Ibid. 744.

τί ταῦτα ληρεῖς; αὐτίκα μάλα τέξομαι.

Nominum propriorum paulo ante mentio iniecta est, quorum libertate ipse Tragicus Euripides semel in quinta senarii sede usus est, Androm. 490. quem locum paulo ante commemoravimus:

κτείνει δὲ τὰν τάλαιναν Ἰλιάδα κόραν,

illud tamen in carmine antistrophico. Apud Aristophanem eadem libertate vindicandos puto Vesp. 1250,

ὅπως δ' ἐπὶ δεῖπνον εἰς Φιλοκτήμονος ἴμεν.

et Acharn. 175,

ἀλλ' ἐκ Λακεδαίμονος γὰρ Ἀμφίθεος ὁδί.

in quo tamen altero exemplo fortasse Ἀμφίθεος creticus est. Eodem modo contractione vocalium εο legendus locus videtur Simonidis Stob. Flor. 513. Serm. LXXI. p. 433. (Brunck. poet. Gnom. p. 96.)

τὴν δ' ἔκ τε σποδιῆς καὶ παλιντριβέος ὄνυ.

nisi praestat altera forma παλιντριβοῦς, repudiata illa a Grotio et Brunckio. Nam quinque certe syllabis illa vox hic legi non potest, quum huiusmodi quidem in quinta sede tribrachus inaudita apud iambographos res sit, qui, quantum ex fragmentis eorum colligi licet, vel legitimam eius pedis solutionem evitare studuerunt. Atque in eodem carmine v. 74. etiam vox ἄστεος spondeum facit:

εἰσὶν δὲ ἄστεος πᾶσιν ἀνθρώποις γέλως.

cuius loci similem in memoriam mihi revocat Schaeferus meus ex Eur. Electr. 298.

πρόσω γὰρ ἄςεος ὄσα, τὰν πόλει κακά.

ubi Porsono quidem (ad Eur. p. 149.) ἄςεος non videtur esse suspectum. — Vide, an hinc defendi etiam possit lectio εὐπετέος in Aeschyl. Pers. 94.

His Comici succedant loci, ubi vix dubitari potest, quin data opera Aristophanes vocabula quaedam iniquo versus loco posuerit, quo facilius spectatores adverterent risumque iis excuterent. Lysistr. 105.

ὁ δ' ἐμός γα, κἂν ἐκ τᾶς ταγᾶς ἔλθῃ ποκά,
πορπακισάμενος φροῦδος ἀμπτάμενος ἔβα.

quibus extremis verbis Euripidem perstrinxit, qui in singulis fere fabulis suis aliquid per aërem dispergi sublimeque abire facit. Sic Andromach. 1220. ἀμπτάμενα πάντα φροῦδα κεῖται. Iphig. Taur. 1289. βεβᾶσι φροῦδοι, et paulo post v. 1294. φροῦδος συνθεις. Ibid 843. μὴ πρὸς αἰθέρα ἀμπτάμενος φύγῃ. Hec. 1100. ποῖ πορευθῶ αἰθέρ' ἀμπτάμενος. Orest. 1376. πᾶ φύγω αἰθέρ' ἀμπτάμενος. Suppl. 1155. ἀέρι φερόμενον οἴχεται, et paulo ante v. 1139. βεβᾶσι τέκνα, βεβᾶσιν, αἰθὴρ ἔχει νιν ἤδη. Phoeniss. 1222. ἐκφύγῃς πρὸς αἰθέρα. Med. 441. αἰθερία ἀνέπτα. Hel. 1235. ἐς αἰθέρ' οἴχεται. Fragm. Inc. CLIV. 2. βάσομαι ἐς αἰθέρα πολὺν ἀερθεὶς. et saepius.

Haud absimilis ratio est loci Vesp. 42. ubi Alcibiadem balbutientem ludibrio habet:

ἐδόκει δ' ἐμοὶ Θέωρος αὐτῆς πλησίον
χαμαὶ καθῆσθαι, τὴν κεφαλὴν κόρακος
ἔχων.
εἶτ' Ἀλκιβιάδης εἶπε πρός με τραυλίσας·
ὀλᾷς; Θέωλος τὴν κεφαλὴν κόλακος ἔχει.

Sentis, voces κόρακος et κόλακος vix aptius potuisse collocari. — Huc etiam refero Av. 95.

ΕΠΟΨ.

τίνες εἰσί μ' οἱ ζητοῦντες;

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

οἱ δώδεκα θεοί.

εἴξασιν ἐπιτρίψαι σε.

Subita est exclamatio, οἱ δώδεκα θεοί, (vid. Scholiast. ad h. l. coll. Brunckii nota) et numerorum insolentia bene pingit Euelpidae trepidationem atque pavorem.

Iam venio ad locos corruptos, in quibus primum colloco Aristoph. Pac. 269.

ἀπόλωλ' Ἀθηναίοις ἀλετρίβανος, ὁρᾷς.

ubi scribere saltem editores debebant Ἀθηναίοισιν, nam ea secundae in ἀλετρίβανος productio ferenda non est. Sed nec sic scripsit Aristophanes. Nam quod ex Codicis Ravennatis lectionibus, quae hic et vv. 265. et 282. magnopere a vulgatis discrepant, suspicatus eram, mediam in ἀλετρίβανος longam esse, quum Hermannum consulerem, plane in ea re ab illo sum confirmatus, qui ob ipsas istas lectiones nihil dubitat, quin Aristophanes scripserit:

ἀπόλωλ' Ἀθηναίοισιν ἀλετρίβανος.

et v. 282.

καὶ τοῖς Λακεδαιμονίοισιν ἀλετρίβανος.

Inde etiam v. 265. cum eodem Codice repone:

εἴπερ γὰρ ἥξει τὸν ἀλετρίβανον φέρων.

Discas autem vel ex his locis, quam mature quamque violenter metrici Grammatici Comicum interpolaverint, qui tribus deinceps locis; ad versum scilicet fulciendum, inepta sua additamenta allinere non dubitaverunt. Omnes enim praeter Ravennatem Codices additamenta illa γε v. 265. ὁρᾷς v. 269. et κακὸς v. 282. agnoscunt.

Non magis probanda Brunckii lectio est Ran. 290.

ποτὲ μέν γε βοῦς, νυνὶ δ' ὀρεύς, ποτὲ δὲ γυνή.

Restitue vulgatam:

τοτὲ μέν γε βοῦς, νυνὶ δ' ὀρεύς, τοτὲ δ' αὖ γυνή.

nisi forte pro τοτὲ cum Brunckii membr. et Cod. Rav. utrobique malis ποτέ. Nam eum prima solutae arseos syllaba in quinta sede disyllabam sive plurium syllabarum vocem finiri, id ne uno quidem idoneo exemplo confirmari potest. *) Eodem vitio et alio praeterea laborant Antiphanis versus in Grotii Excerptt. p. 635.

---

*) In Lyncei Fragmento apud Athenaeum p. 132. b. versu 20.

αὐτὸς γὰρ αὐτὰν ἐπριάμην ὀκτὼ ὀβολῶν

cave, correptam putes ω in ὀκτώ, sed pronunciando coniunge duas postremas voces.

συνεχῶς γὰρ ἐμπιπλάμενος ἄνθρωπος ἀμελὴς
τὶς γίνεθ', ὑποπίνων δὲ πάνυ φροντιστικός.

τὶς male additum est a Grotio. Lege:

συνεχῶς γὰρ ἐμπιπλάμενος ἀμελὴς γίνεται
ἄνθρωπος, ὑποπίνων δὲ πάνυ φροντιστικός.

Foedioris etiam exempli senarium Grotius affingit Athenioni ex Samothracibus ibid. p. 893.

ἐρίφιον εἶτα τακερὸν, εὖ πνικτὸν, ἀκριβῶς. *)

altera enim in ἀκριβῶς longa est. Sed hunc versum, ex cuius veteri lectione nihil elicio, aliis emendandum relinquo. Etiam ex Phrynichi Ephialte Grotius Excerptt. p. 497. hunc bellum sane proponit senarium:

ἐκεῖ δὲ τούτοις, οἷς ἡδυλογοῦσι, μεγάλας.

*) Vir cetera incomparabilis, Latinae quam Graecae cum linguae tum prosodiae peritior, passim contra vocabulorum quantitatem peccavit. Unum tantum ex pluribus exemplum afferam, quod superiori simillimum est, Excerptt. p. 917, ubi Incerti poetae fragmentum sic exhibet:

ἐὰν ὁρῶν πένητα γυμνὸν ἐνδύσας,
μᾶλλον ἀπέδυσας αὐτὸν, ἐὰν ὀνειδίσας.

Hic linguae non magis quam prosodiae leges reduci iubent veteres lectiones ἐνδύσῃς et ὀνειδίσῃς, adhibita levi transpositione:

ἐὰν πένητα γυμνὸν ἐνδύσῃς ὁρῶν,
μᾶλλον ἀπέδυσας αὐτὸν, ἐὰν ὀνειδίσῃς.

Etiam in proximo fragmento lectio ὀνειδήσεις non in ὀνειδίσας, ut Grotius fecit, sed in ὀνειδίσῃς mutanda erat.

Quod totum fragmentum, ex loco, ut videtur, antistrophico desumtum, sic lego:

ἐστιν δ' αὐτούς γε φυλάττεσθαι τῶν νῦν
χαλεπώτατον ἔργον,
ἔχουσι γάρ τι κέντρον ἐν ταῖς δακτύ-
λοις,
μισάνθρωπον ἄνθος ἥβης·
κᾆθ' ἡδυλογοῦσιν ἅπασιν ἀεί, κατὰ τὴν ἀγο-
ρὰν περιιόντες·
ἐπὶ τοῖσι βάθροις δ' ὅταν ὦσιν, ἐκεῖ τού-
τοις, οἷς ἡδυλογοῦσιν,
μεγάλας ἀμυχὰς καταμύξαντες, καὶ συγ-
κύψαντες, ἅπαντας
γελῶσι.

Apud Athenaeum p. 165. v. 3. legitur *ἥβης ἄν-θος*, v. 4. *κ' εἶθ'*, v. 5. *τοῖς βάθροις ὅταν*, v. 6. *συγκρύψαντες*, (cuius postremae vocis emendationem Schaefero debeo,) et *ἅπαντα* sive *ἅπαντες*, ex quibus tertium feci *ἅπαντας*, quod respondet illi *ἅπασιν* v. 4. — Idem Athenaeus pag. 316. Alcaei Comici fragmentum servavit hoc:

ἠλίθιον εἶναι, νοῦν τε πολύποδος ἔχειν.

Grotius, ut versui consuleret, in Excerptt. p. 439. legit *νοῦν δὲ πουλύποδος*. Equidem non dubito, quin scripserit poeta:

ἠλίθιον εἶναι, πολύποδός τε νοῦν ἔχειν.

Ceterum recte Grotium carpit Fabricius Biblioth. Graec. I. p. 665. quod inter Tragoediarum fragmenta hunc versum retulerit. Errat etiam Bentleius, (Emendatt. in Menandri et Philem. Reliquias p. 114.) in Philemonis fragmento ex

eodem Athenaeo p. 175. versum 4. sic emendari posse censens:

οὐκ οἶσθα νάβλαν; οὐδὲν οὖν οἶδας ἀγαθόν,

quam emendationem Brunckio approbavit. Sed vir summus, Brunckio sagacior, ipse videtur emendationis vitium sensisse, qui aliam statim rationem ingrediatur hanc:

οὐκ οἶσθα νάβλαν; οὐδὲ νῦν οἶσθ', ὠγαθέ;

numeris quidem meliorem, sed, ut recte Schweighaeuserus monet, haudquaquam probandam. Reponendum videtur:

οὐκ οἶσθα νάβλαν; οὐδὲν ἀγαθὸν οἶδας ἂν
σύγ', cet.

Nihil ad nos Pseudo-Menandri fragmentum apud Clement. Alex. Strom. V. p. 606. et Eusebium Praep. Euang. Lib. XIII. c. 13. in quo verba *μηδὲ βελόνης* ita collocantur, ut senarii finem faciant. Sed ne hunc *κλέπτην* quidem tam prave verba illa collocasse arbitror. Vide, ne dederit:

* * * *μήδ', ὦ φίλτατε,*
βελόνης ἐπιθυμῇς ἀλλοτρίας ποθ'· ὁ γὰρ θεὸς
ἔργοις δικαίοις, κοὐκ ἀδίκοισιν, ἥδεται.

sive potius:

μὴ 'πιθυμῇς, φίλτατε,
μηδὲ βελόνης ποτ' ἀλλοτρίας, ὁ γὰρ θεὸς
cet.

Certe pro Eusebii ἐπιθύμησον Clemens legit ἐπιθυμήσῃς, quod propius ad ἐπιθυμῇς accedit. Imo hoc ipsum, idque cum accusativo constructum, idem hauddubie poëtaster habet in alio fragmento apud eosdem scriptores, Clementem V. p. 605. Eusebium p. 682.

μηδὲ βελόνης ἔναμμ' ἐπιθυμῇς, Πάμφιλε. *)

Ad Aristophanem revertor, ex quo tres adhuc locos commemorandos habeo. Primum Amphiarai fragment. apud Polluc. X. 40.

κνέφαλον ἅμα
καὶ προςκεφάλαιον τῶν λινῶν.

Ita enim etiam Brunckius versus distinxit. Sed male. Una senarii syllaba initialis desideratur vel καὶ vel τὸ vel aliud quoddam vocabulum:

καὶ κνέφαλον ἅμα καὶ προςκεφάλαιον τῶν λινῶν.

Alter locus in Pluto est v. 1148.

ἔπειτ', ἀπολιπὼν τοὺς θεοὺς, ἐνθάδε μενεῖς;

Ad quem locum Hemsterhusius: „*Margo Gryphianae Ed. pro* ἐνθάδε *suppeditat* ἐνταυθοῖ· *quod si admittas, iambum fregeris.*“ Neutra lectio vera, altera tamen vero propior. Aristophanem dedisse puto:

ἔπειτ', ἀπολιπὼν τοὺς θεοὺς, αὐτοῦ μενεῖς.

---

*) Fragmentum, unde hic versus depromtus est, non Menandri esse, ostendit Luzac. Exercitt. Academ. p. 163. Manifestum est, etiam alterum illud ex eodem fonte promanasse. Huius rei monitorem habui Schaeferum meum.

Sic Lysistr. 757.

οὐ τἀμφιδρόμια τῆς κυνῆς αὐτοῦ μενεῖς;

Utrumque ἐνθάδε et αὐτοῦ coniunxit Noster Plut. 1187. ἐνθαδ᾽ αὐτοῦ καταμενεῖν, et Vesp. 76). seq. ἐνθάδε Αὐτοῦ μενῶν.

Tertius denique locus petitus est ex Triphaletis Fragmento apud Polluc. X. 151.

ἔπειτ᾽ ἐπὶ τοὖψον ἧκε, τὴν σπυρίδα λαβὼν

καὶ θυλακίσκον, καὶ τὸ μέγα βαλάντιον.

Non audeo definire, an ita Aristophanes scripserit, vereor tamen, ne non fecerit. Ceterum, quoniam in tam brevi fragmento de lectionis veritate satis tuto iudicari nequit, ea, quae hactenus praecepimus, hoc certe loco minime poterunt labefactari.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

P. XVI. lin. 30. pro ⏑ – ⏑ ⏑ – – lege ⏑ – ⏑ ⏑ – –.

p. 4. ad §. 1. adde hanc notam: Unde nomen dochmiaco metro venerit, docet Etymologus M. voce *δοχμιακὸς* p. 285. 25. quem articulum, quoniam alia quoque memorabilia continet, totum huc transscribam:

Δοχμιακὸς, εἶδος μέτρου ἀντισπαστικοῦ· ἔστι δὲ μονόμετρον ὑπερκατάληκτον· οἷον, Ἐγὼ δ' οὔτε σοί - ἔστι δὲ Εὐριπίδου Φοινισσῶν. Πολλὰ ῥυθμῶν ὀνόματα καὶ ἄλλα· ἀτὰρ δὴ καὶ ταῦτα, ἴαμβος, ἰαμβικός· δάκτυλος, δακτυλικός· παίων ἐπίτριτος. Οὗτοι μὲν οὖν ὀρθοί εἰσι ῥυθμοί· ἐν ἰσότητι γὰρ κεῖνται· ἡ γὰρ μονὰς πρὸς δυάδα, ἡ δυὰς πρὸς τριάδα, ἡ τριὰς πρὸς τριάδα· ἡ τριὰς πλεονεκτεῖται μονάδος. Ἐν τῷ δοχμιακῷ τριὰς ἐστὶ πρὸς πεντάδα, καὶ δυὰς ἡ πλεονεκτοῦσα. Οὗτος οὖν ὁ ῥυθμὸς οὐκ ἠδύνατο καλεῖσθαι ὀρθός· ἐκλήθη τοίνυν δοχμιακὸς, ἐν ᾧ τὸ

τῆς ἀνισότητος μεῖζον κατὰ τὴν εὐθεῖαν κρίνεται. Καὶ τὸ μέτρον ὂν δοχμιακὸν, ὡς ἐμπιπτόντων ἐν αὐτῷ τῶν ὀκτὼ χρόνων.

Verba παίων ἐπίτριτος interpunctione disiungenda sunt. Paulo post legendum videtur ἡ γὰρ μονὰς πρὸς δυάδα, ἡ δυὰς πρὸς τριάδα, ἡ τριὰς πρὸς τετράδα πλεονεκτεῖται μονάδος. Causa corruptelae fuit aberratio oculorum ad antecedentia. Dicit, opinor, hoc. Numeri recti vocantur, quorum partes aequalitatem quandam inter se habent. Plane aequales sunt eae partes, quae moris inter se non differunt, veluti dactyli, cuius utraque pars binas moras complectitur, (δυάς ἐςι πρὸς δυάδα,)

–́ | ⏑⏑

Hoc quoniam apertum est neque explicatione eget, dactyli rationem Etymologus silentio transmisit. Verum aequales eae quoque partes putantur, quarum differentia unius tantum morae est, ut quae integrum pedem nondum expleat, veluti iambi, paeonis, epitriti, in quibus:

⏑ | –́ ἡ μονὰς πρὸς δυάδα } πλεονε-
–́ | ⏑⏑⏑ ἡ δυὰς πρὸς τριάδα } κτεῖται
⏑–́ | –́ –́ ἡ τριὰς πρὸς τετράδα } μονά-
} δος.

Iam vero in dochmiaco numero altera pars tres, altera quinque moras continet, (τριάς ἐςι πρὸς πεντάδα,)

⏑ ‒‒ | ‒‒ ⏑ ‒‒

posterior igitur pars priorem duabus moris ideoque integro pede pyrrhichio, superat (δυάς ἐςιν ἡ πλεονεκτȣσα). Quae partium differentia quum nimis ab aequalitate distare existimaretur, non potuit dochmiacus numerus rectis adnumerari, sed vocatus est *obliquus* (δοχμιακός). Compara, Hermanno monente, Aristid. Quintil. p. 35.

p. 8. l. 1. post confitebimur pone signum interrogandi.

p. 10. l. 27. lege *aëre interdum*.

p. 12. l. 29. Quod conieci Ἄρει 'κτίνειν, Britannum in Codice invenisse, certiorem me fecit Erfurdtius meus.

p. 14. l. 19. Adde Aeschyl. Choeph. 405.

ἴδετε πολυκρατεῖς.

...r. 415.

πάθομεν ἄχθεα.

conf. p. 45.

p. 16. l. 11. Adde Hippol. 565.

μέλεα θρεομένας.

ant. 670.

ἔχομεν ἢ λόγον.

Ibid. l. 26. lege καθαγνίσας.

Ibid. l. 32. lege 6) ‒ ⏑́ ⏑ ‒́ ⏑ ‒.

p. 17. l. 8. Adde Aeschyl. Agam. 1420.

ἐξ ἁλὸς ὀρόμενον.

ant. 1439.

φρὴν ἐπιμαίνεται.

Soph. Electr. 205.

τὰς ἐμὸς ἴδε πατήρ.

ant. 225.

ὄφρα με βίος ἔχῃ. *)

---

*) Qui strophicum sequitur versus:

θανάτους ἀεικεῖς διδύμαιν χειροῖν,

in hoc nescio an male Brunckius et Erfurdtius rescripserint *αἰκεῖς.* Paulo post versui 216.

ἐμπίπτεις οὕτως ἀεικῶς,

ut quidem in libris est, respondet v. 196.

γεννύων ὡρμάθη πλαγά.

Quod hic iterum reposuerunt Brunckius et Erfurdtius *αἰκῶς*, versum facit minime elegantem. Hesychii glossa pertinet ad Homer. Iliad. χ. 336. Quid faciet Brunckius Aeschyli versui Prometh. Vinct. 472.

πέπονθας ἀεικὲς πῆμ', ἀποσφαλεὶς φρενῶν.

quem intactum vir doctissimus reliquit, pariter atque heroicum versum Eur. Androm. 130.

καιρὸς ἀτυζομένᾳ δέμας ἀεικέλιον καταλείβειν.

In Aeschyli loco Dawesius Miscell. Crit. 311. legi vult *ᾀκές.* Equidem his locis scribendum arbitror *αἰκεῖς, αἰκῶς, αἰκὲς, αἰκέλιον.* Veteribus enim Grammaticis, Etymologo M., Apollonio, Eustathio, *ἀεικεία* et *ἀεικία* idem valet quod *αἰκία*, derivaturque *αἰκίζειν* ab *ἀεικής* et *ἀεικίζω.* Unde non apparet, quare non eodem iure dici potuerint *αἰκὴς* et *αἰκέλιος*, quam utramque formam Schneiderus in Lexico memorat, alteram ex ipso illo Soph. Electrae loco, alteram, auctoritate non addita. Ceterum Hesychius glossam habet *αἴκολα, αἰσχρά*, quod valere putant *αἴκελα* sive *αἰκέλια.* — Haec cum scripsissem, Schaeferus meus mecum communicavit Boissonadi animadversionem ad Philostrat. p. 294. seq. qui his locis alium addit ex Epigrammate, primum vulgato in *Biblioth. der alten Litter. und Kunst* tom. I. p. 2.

μοῖρά τις ἀεικέλιος τὸν Ἀρίστων' ἥρπασ' ἀπ' αὐγῆς.

ubi itidem scribendum puto *αἰκέλιος.* Nam quo minus assentiar Viro Doctissimo, qui retineri posse censet vulgarem illarum vocum scripturam, in quibus synizesin patiantur vocales *αει*, simile contractionis exemplum desidero.

p. 18. post lin. 7. adde Aeschyl. Choeph. 802.

λύσασθ' αἷμα προς - φάτοις.

ant. 815.

νύκτα πρό τ' ὀμμάτων.

cuius carminis unice veram descriptionem, quam eandem Hermannus reperit, paucis hic explicabimus. A v. 781. νῦν παραιτουμένῃ ad v. 786. Stanl. φυλάσσοις est stropha α'. Quae sequuntur usque ad v. 791. ἀμείψει, faciunt stropham β', quam excipit antistropha α' ad verbum ὄρεγμα v. 797. Huic subiecta est stropha γ', quae finitur verbo τέκοι v. 803. Medium tenet mesodus pertinens usque ad verbum καλύπτρας v. 810. — Sequitur altera carminis pars, cuius prima est antistropha γ', quae clauditur verbo ἐμφανέςερον v. 816; altera stropha δ', quae desinit cum verbo φίλων v. 824.; tertia antistropha β' usque ad verba ἐπίμομφον ἄταν; quarta denique antistropha δ', quacum carmen terminatur. Schema stropharum hoc est:

α' β' α' γ' μεσ. γ' δ' β' δ'.

Difficillimum hoc carmen, supraque modum corruptum, vereor ut undique ex coniectura sanari queat. De aliquot tamen locis sententiam meam proponam, satis habens, si ad eius emendationem symbolam videbor contulisse. — Responsio stropharum α' primo statim intuitu in oculos incurrit, eaque dudum reperta est, quamquam nondum a

vitiis perpurgata. Stropha β' sic videtur legenda:

ἒ ἒ,
πρὸ δὲ δὴ 'χθρῶν τὸν ἔσωθεν
μελάθρων, Ζεῦ, θές· ἐπεί νιν
μέγαν ἄρας,
δίδυμα καὶ τριπλᾶ
παλίμποινα θέλων ἀμείψει.

Exclamationes initiales extra versum collocavimus. Δὴ 'χθρῶν, quam scripturam omnes libri offerunt, notandum potius quam corrigendum existimo. Ceterum ante Ζεῦ omisi ὦ et pro τῶν ἔσω scripsi τὸν ἔσωθεν. In contrarium modum paulo post v. 788. pro ἔσω male legitur ἔσωθεν. Antistropham β' libri exhibent foede corruptam:

σὺ δὲ θαρσῶν, ὅταν ἥκῃ
μέρος ἔργων
ἐπαῦσας πατρὸς ἔργῳ
θροέσα πρός σε, τέκνον, πατρὸς αὐδὰν,
καὶ περαίνων ἐπίμομφον ἄταν.

Apertum est, librariis deberi pravas repetitiones ἔργων - ἔργῳ et πατρὸς - πατρός. Quibus eiectis lego:

σὺ δὲ θαρσῶν, ὅταν ἥκῃ
μέρος ἔργων, ἐπαῦσας πατρὸς αὐδὰν
θροέσα τέκνον!
πρός σε, πέραιν' ἐπίμομφον ἄταν.

i. e. *Tu vero constanti animo, quando*

venerint partes tuae, acclamans patris vocem (matri) ad te o fili! clamanti, confice sceleratam pestem. In πέραινε librarii apostrophum habuisse videntur pro syllaba ων. Conf. Bast. ad Gregor. Cor. p. 778. seq. — In stropha γ′ v. 799. lego μυχὸν ἐνίζετε, in quod etiam Hermannus incidit. Sic Eur. Hel. 1114. θάκους ἐνίζειν et Androm. 1267. μυχὸν ἵζεσθαι. In antistropha γ′ v. 813. legitur vulgo:

πολλὰ δ᾽ ἄλλα φανεῖ χρηΐζων
κρυπτά. ἄσκοπον δ᾽ ἔπος λέγων
νύκτα πρό τ᾽ ὀμμάτων σκότον φέρει.

quae neque intelligi possunt, et cum strophicis comparata, integro versu abundant. Legendum conieci:

πολλὰ μὲν, ἄσκοπον δ᾽ ἔπος λέγων,
νύκτα etc.

Ad haec verba, mea sententia, glossator adscripsit πολλὰ, ἀλλ᾽ ἀφανῆ χρήζων καὶ κρυπτά, quae deinde paululum corrupta in textum venerint. *) Πολλὰ valet *saepius.*

---

*) Duos alios Aeschyli locos recordor, alienis additamentis dedecoratos. Alter est Pers, 97, seqq, quae strophula sic videtur ab Aeschylo profecta:

φιλόφρων γὰρ παρασαίνει
βροτὸν εἰς ἄρκυας ἄτα·
τόθεν οὐκ ἔστιν ἀλύξαν-
τα φυγεῖν ὕπερθε θνατόν.

Extremos tres versus partim ex Scholiasta partim ex Robortelli lectionibus egregie sic restituit Hermannus. Primum versum nos communi studio cum Erfurdtio emendavimus. Vocis enim παρασαίνει glossam esse putamus, quae vulgo in textu leguntur, σαίνουσα τὸ πρῶτον παράγει. His iam accuratissime respondet stropha:

Confer. eiusdem fabulae v. 269. seqq. ubi de eodem Apolline:

οὔτοι προδώσει Λοξίου μεγασθενὴς
χρησμὸς, κελεύων τόνδε κίνδυνον περᾶν,
κἀξορθιάζων πολλὰ, καὶ δυςχειμέρους
ἄτας ὑφ᾽ ἧπαρ θερμὸν ἐξαυδώμενος,
εἰ μὴ μέτειμι τοῦ πατρὸς τοὺς αἰτίους.

Mesodi initium ita legendum est:

τὸ δὲ καλῶς κτάμενον. ὦ μέγα ναίων
στόμιον, εὖ δὸς ἀνιδεῖν δόμον ἀνδρός.

Verba *τὸ δὲ καλῶς κτάμενον* refero ad praegressum *αἷμα*, ut intelligatur *ἐστί*. — Gravissimis vitiis laborat stropha δ´. cum antistropha sua, a quibus corrigendis abstineo, quamquam probabilia quaedam habeam. De antistropha hoc tantum moneo, v. 833. ante *φίλοις* addendum videri *φίλος*, sequentia vero, *τοῖσίν τ᾽ ἄνωθεν προπράσσων χάριτος ὀργάς*, vix mutationem requirere.

δολόμητιν δ᾽ ἀπάταν θεοῦ
τίς ἀνὴρ θνατὸς ἀλύξει,
τίς ὁ κραιπνῷ ποδὶ πηδή-
ματος εὐπετέος ἀνάσσων;

De voce *εὐπετέος* vid. supra p. 393. — Alter locus legitur in Agam. v. 1514. ubi, si quid video, ieiuna illa verba, *οὐκ ἀνελεύθερον οἶμαι θάνατον τῷδε γένεσθαι*, sciolum quendam, non Aeschylum auctorem habent. — Obiter moneo, magnam in hoc carmine esse lacunam v. 1451. post vocem *τελείαν*. Versibus enim 1447. *ἰὼ (ἰὼ) παράνομος* usque ad v. 1454. *ἀνδρὸς οἰζὺς* respondent versus 1530. *ἰὼ, γᾶ γᾶ* usque ad v. 1543. *φρενῶν πονήσει.* Vitia, quae plurima hoc carmen continet, Hermanni mei medicinam exspectant.

Ibid. post l. 13. adde: Videntur etiam huc pertinere Soph. Electr. 483.

'Ἑλλάνων ἄναξ.

ant. v. 499.

μαντεῖαι βροτῶν.

Ibid. v. 485.

ἀμφάκης γένυς.

ant. v. 501.

οὐδ' ἐν θεσφάτοις.

Ibid. l. 18. Verba τάλας, τὸν δ' ἔναν - τα non debebant litterarum distractione a ceteris distingui.

p. 21. l. 15. pro *Ibid.* 194. lege *Phoeniss.* 194.

Ibid. l. 36. In Soph. Electrae loco εἴδομεν ἃ θροεῖς fortasse rectius scribitur ἃ θροεῖς. cf. Eur. Orest. 1265. ἔχομεν ὡς θροεῖς. Ceterum locis ibi citatis adde Soph. Trach. 1012. τε δρία. Eur. Suppl. 273. τε θνατῶν. Troad. 833. σᾶ δροσοέντα.

p. 22. l. 32. ante *Illuc* insere: Negligentius etiam Brunckius rem curavit in fragmento III. Creusae, quod ex Grotii Floril. p. 151. plane sic, ut Grotius edidit, descripsit, nihil curans librorum lectionem, quam ne ipse quidem Grotius commemorare neglexerat. Lege, ne littera quidem mutata:

οὔτε γὰρ γάμον, ὦ φίλαι,
οὔτ' ἂν ὄλβον ἔκμετρον
ἔνδον εὐξαίμαν ἔχειν.
φθονεραὶ γὰρ ὁδοί.

Primus versus Glyconicus est, secundus et tertius trochaici, quartus anapaesticus. Nam ex lyrico carmine haec decerpta esse coniicio ex dorica forma εὔξαίμαν, quemadmodum quidem scribendum est pro εὔξαιμ' ἄν, monente Schaefero meo ad Aristoph. Plut. Hemsterh. p. 549. ed. Lips. — In universum hic moneo, cavendum magnopere esse, ne fragmentorum editoribus, ubi metra distinguunt, temere assentiaris, ut qui ubique senarios quaerere soleant, ad summum tetrametros trochaicos aut anapaestos. Uno, sed eo luculento, exemplo utar. Nicostrati vel Philetaeri fragmentum apud Athenaeum p. 108. c. οὔ ποτ' αὖθις σηπίαν ἀπὸ τηγάνου τολμήσαιμι φαγεῖν μόνος infelicissime ad usitata metra revocare conatus est Schweighaeuserus. Distingue:

* * οὔ ποτ' αὖθις
σηπίαν ἀπὸ τηγάνου
τολμήσαιμι φαγεῖν μόνος.

Uterque enim versus Glyconeus est. Si αὖθις mutes in αὖ, tres sunt Glyconei.

p. 24. l. 18. De constructione particulae ἂν cum futuro indicativi vid. Brunck. ad Aristoph. Nub. 465. coll. Porsono post Aristoph. Plut. Hemst. p. 572. ed. Lips.

p. 59. l. 17. Dele locum ex Soph. Oed. Colon. 1563. quem pravam numerorum distinctionem secutus male huc retuli. Nam praeceptum Hermanni, quo in medio vocabulo anacrusin vitandam esse censet, haud raro Tragici neglexerunt. Distingue:

, μόρῳ τὰν παγ-
κευθῆ κάτω νεκρῶν πλάκα.

ant. 1574.

ὄν, ὦ γᾶς παῖ
καὶ ταρτάρου, κατεύχομαι.

p. 31. l. 16. De antistrophica horum versuum responsione conf. infra p. 236.

p. 32. l. 10. Dele locum ex Phoeniss. v. 196. Nam quod putaveram, necessario scribendum esse Ἀμυμωνείοις per ει, de eo nunc valde dubito.

p. 33. l. 13. lege *hi*.

p. 34. l. 1. pro ἴθι ἴθ' ἴθι, lege ἴθ' ἴθι.

Ibid. l. 19. pro Λερναίᾳ lege Λερναίᾳ.

Ibid. l. 16. pro δούλοις lege δούλας.

p. 35. l. 2. lege Βάκχα Καδμεία.

Ibid. in paginae fine adde: Ion. 1556.

p. 43. l. 2. insere: Soph. Oed. R. 1311.

δαῖμον ἵν' ἐξήλω.

cf. p. 177.

Ibid. l. 18. dele verba *Idem factum videtur Hippol.* 577.

p. 44. l. 27 et 28. Non debebam afferre locum Eur. Suppl. 999. qui corruptus videtur.

p. 46. l. 10. Cf. paulo ante p. 409.

p. 47. l. 1. post *diximus* insere: Ibid. 851.

καὶ μεγάλαν ἄταν.

ant. 862.

τῶνδ' ἐφάνη πράκτωρ.

Ibid. post l. 25. insere: Ibid. 713.

ὦ μελέα ψυχά.

ant. 725.

Μηλιάδων Νυμφᾶν,

p. 48. l. 21. pro *ut* ὦ lege *et* ὦ.

p. 60. l. 12. Male hic litterae distractae sunt in vocibus ἔλαχεν ἔλαχε. Distrahi autem debebant paulo post l. 20. μονομά - τορος ἐμοῖς ἄχεσι.

p. 62. l. 18. Antiopae fragmentum iam malim dochmio finiri, cretico paulo prius inserto in hunc modum:

ὑποπεσοῦσ' ἔλαθεν,
ὅταν ἔχῃ
τίν' ἀσεβῆ βροτῶν.

p. 67. l. ultima pro *Ibid.* lege *Ion.*

p. 73. l. 2. post κατέβαλε non punctum, sed comma ponendum erat.

p. 77. l. 16. post verba *vicesimam octavam* corrige ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑́ ⏑ – ⏑ ⏑ pro ⏑ ⏑́ ⏑ –́ – ⏑ ⏑

p. 85. l. 17. dele lineolam post ὡς.

p. 86. l. 25. lege ἔνεπε.

p. 88. l. 22. pro δήλοις lege δήλας.

p. 90. l. 6. post vocem πατρῴαν insere: Hippol. 362. ἄϊες, ὤ, ἔκλυες, ὤ, ἀνήκουστα - πάθεα. Bacch. 1167. τί με δὴ ὀρθοῖς, ὤ. Ibid. 1171. καί σε δέξομαι σύγκωμον, ὤ.

p. 92. l. 16. Ante vocem *Sic* insere Eur. Phoeniss. 1503. *αἵματι δεινῷ, αἵματι λυγρῷ.*

Ibid. l. 20. Illo Triclinii γ' post *Ἴτυν* etiam Suidam donarunt Aem. Portus et Kusterus v. *ἀτυζόμενος*. Nam in antiquissimis Suidae editionibus locus legitur sic: *ἃ Ἴτυν αἰὲν ὀλοφύρεται.*

p. 97. l. 28. Hunc ex Choephoris locum rectius hîc deleas.

p. 98. post lin. 1. insere: Aeschyl. Suppl. 842.

ὀλό-

μεναι ἐπ' ἀμίδα.

Ibid. post lin. 7. insere: Soph. Trach. 205.

δόμοι ἐφεστίοις.

Ibid. post lin. 33. insere: Eur. Bacch. 1167.

τί με δὴ ὀρθοῖς, ὦ.

p. 99. l. 3. lege Excerptt. de Rerum Natura.

Ibid. l. 19. post *quo* adde: *ὦ Ἀχαιοί, ὦ Ἀτρεῖδαι* Hec. 1091.

p. 100. l. 4. pro *syllabam* lege *vocalem*.

p. 106. l. 2. lege *ἰαχάν*.

p. 108. l. 12. lege *ὦ* pro *ὤ*.

Ibid. l. 21. pro *simitudinem* lege *similitudinem*.

p. 115. l. 15. pro *loco* lege *loci*.

p. 116. l. 32. pro *ξυμφορᾶς* lege *συμφορᾶς*.

p. 126. l. 21. Ad *εὖ ἄγοντα* conf. Theocr. Idyll. 16. v. 13.

τίς τῶν νῦν τοιόςδε; τίς εὖ εἰκόν-
τα φιλασεῖ;

quem versum Frid. Volgang. Reizius in praefat. ad Chrestomathiam Graecam p. 3. sic emendatum vult:

τίς τῶν νῦν τοιόςδ', ὅτις εὖ εἰκόν-
τα φιλασεῖ;

quod fugisse videtur poetae editores.

p. 136. l. 1. Ad hunc locum confer. infra p. 368. seq.

p. 140. l. 7. post Θῆβαι dele lineolam.

p. 144. l. 3. pro δ' lege τ'.

p. 148. l. 3. post *ut* insere: Aeschyl. Suppl. 837.

σοῦσθε, σοῦσθ' ἐπὶ - βᾶριν ὅπως πο-
δῶν.

quibus respondet v. 844.

σοῦσθε, σοῦσθ' ὀλό - μεναι ἐπ' ἀ-
μίδα.

Ita enim legendum puto, si, quod Hermannus vult, prior syllaba vocis ἀμὶς producitur.

Ibid. l. 22. Illos numeros ita potius concipe:

⏓ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ –

Tribus Euripidis locis iam quartum licet adiungere Androm. 827.

σπάραγμα κόμας ὀνύχων τε δάϊ' ἀ-
μύγματα θήσομαι.

ant. v. 831.

ἔρῳ αἰθέριον, πλοκάμων ἐμῶν ἄπο,
λεπτόμιτον φάρος.

p. 151. l. 11. post *malim* adde, quem modo citavimus locum ex Aeschyl. Suppl. 844.

Ibid. l. 35. post vocem *syllabas* insere (nam de Medeae v. 1280. vid. infra p. 293.).

p. 157. lin. ultima lege *vindicat*.

p. 159. l. 11. pro *Choeph.* 158. lege *Sept. ad Theb.* 138.

p. 165. l. 23. pro *ant.* lege *str.*

p. 166. l. 13. post *terminat* adde Eur. Hec. 1065.

εἴθε μοι ὀμμάτων αἱματόεν βλέφαρον
ἀκέσαι' ἀκέσαιο cet.

coll. infr. p. 276.

p. 176. l. 18. pro *Hippol.* 1770. lege *Hippol.* 1270.

p. 187. l. 29. Poteram etiam commemorare ἀπάλαμνος Pindar. Olymp. II. Epod. γ'. 5. et δίδυμνος Olymp. III. στρ. γ'. 9. quam formam Boeckhius recte, opinor, recepit.

p. 194. l. 26. Post ἰὼ insere: Eur. Hec. 178. vid. infra p. 298.

p. 195. l. 16. De Phoeniss. v. 1512. vid. infra p. 345.

p. 200. Schaeferus ad Dionys. Hal. de Compos. Verb. p. 133. praeferre videtur ἀποπρόβατ', coniuncte. Bene idem monet, Rhetorem legisse τίθετε, non τιθεῖτε. Etiam κλύετε'

Dionysius legit, non κλυπεῖτε. Dicit enim μιᾷ γὰρ αἱ δύο συλλαβαὶ λέγονται τάσει. Nota denique, verba, quae eiecimus, μήδ' ἔσω κλύπος, etiam apud Dionysium desiderari.

p. 202. l. 24. Scholiastam Porsonumque secutus ἅτε accepi pro neutro plurali. Sed monuit me Hermannus, aegre sic vocem posse intelligi. Habet igitur pro nominativo et numeros ita distinguit:

ἄγαμος, ἐπὶ δ' ἄτεκνος.
ἅτε βίοτον ἁ - μέλεος εἰς τὸν αἰὲν ἕλ-
κω χρόνον.

str.

ςόματος ἀνακέλαδον
ἀπὸ λέχεος ἥ - συχον ὕπνυ χάριν
παρέξεις, φίλα.

ut antispastus dochmiis interpositus sit. Sed fateor, esse aliquid et in ipso antispasto et in hoc eius usu, quod mihi displiceat. Schaeferus tutissimum putat scribi ἄτεκνός τε, ut illud α ex antecedente ος ortum existimemus.

p. 204. l. ultima dele lineolam post γλυκυτάταν.

p. 250. l. 12. post *aptius* insere: cf. Orest. 1266. ἑλίσσετε νῦν βλέφαρα κόραισι, δίδοτε πάντα διὰ βοςρύχων.

p. 263. l. 5. pro ἀντ. leg. ςρ.

p. 268. l. 10. pro φίλας lege φίλαι.

p. 271. l. 27. ante vocem *Sequentis* insere: et Eur. Electr. 208. ναίω - ναίουσα.

p. 279. l. 14. pro 11. lege 10. et lin. 17. pro 12. lege 11.

p. 280. l. 5. post vocem *scribendum* adde: Per metrum posset ipsum etiam *ὀρεῖαν* retineri.

p. 305. l. 3. Versus 11. ab antecedente paululum diduci debebat, ut diducti sunt vv. 5. et 6. cf. p. 307.

p. 316. l. 5. pro 1285. lege 1290.

p. 326. l. 15. De apostrophi permutatione cum syllaba *ων* conf. infra p. 407.

p. 331. l. 3. post *παῖς* insere *ὁ*, quod in quibusdam exemplaribus non comparet. Ceterum simili modo vocem *παῖς* excidisse in Eur. Suppl. v. 149. post *Οἰδίπου*, vidit Erfurdtius. Fortasse utroque loco quaedam proximarum syllabarum similitudo errorem peperit.

p. 338. l. 2. pro *ᾧ* lege *ὦ*.

Ibid. l. 20. pro *ἔχετε* lege *ἔχετι*.

p. 358. l. 19. Observat ad hanc Thesei interrogationem Schaeferus, ipsos dochmiacos numeros videri *οἰκτρόν τι* habuisse. Ac verum est, dochmiaca carmina apud Tragicos fere in rebus trepidis adhiberi.

p. 365. l. 17. post *γέρας* pone colon.

P. 382. notâ extremâ de Anaxilae fragmento disputasti. Fugit te, eandem corrigendi rationem placuisse Grotio. Hanc quo minus probem, obstat, primum, illud ipsum *ἀεὶ* sic iunctum verbis *κατ' ἐνιαυτόν*. Tantum

enim abest, ut, quod tibi placuit, nos eo facile carere dicam, quum sequatur κατ' ἐνιαυτὸν, ut ob hanc ipsam causam recte eo nos carere negem. Nam dici vix potest, quantopere Graeci scriptores pleonastico huius adverbii usu in talibus locutionibus luxurientur. Vide quae ad Gregor. Corinth. p. 169. congessi, e quibus simillima phrasi Anaxilae sunt αἰεὶ ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην et ἀεὶ καὶ καθ' ἡμέραν. Deinde, quod gravius etiam est, deleto illo ἀεὶ evanescit color loci paroemiacus. Fuit enim Graecorum proverbium: Ἀεὶ φέρει τι Λιβύη καινόν. V. Aristotelis Histor. animal. p. 399. ed. Schneid. Itaque non dubito, locum Comici leni duorum verborum transpositione sic refingendum esse:

ἀεί τι καινὸν κατ' ἐνιαυτὸν θηρίον
τίκτει.

In quod video etiam Schweighaeuserum Animadvers. Tom. VII. p. 396. incidisse. SCHAEFER.

INDEX SCRIPTORUM,

QUORUM LOCI CRITICE AUT HERMENEUTICE TRACTANTUR. *)

*) Qui loci ipso disputationis argumento vindicantur, eorum magna pars in Indice omissa est.

INDEX

RERUM ET VERBORUM.

A.

B.

C.

D.

F.

G.

H.

I.

K.

L.

M.

N.

O.

P.

R.

S.

T.

V.

X.

Y.

Z.